BIBLIOTHECA GRAECA

VIRORUM DOCTORUM OPERA RECOGNITA ET COMMENTARIIS IN USUM SCHOLARUM INSTRUCTA

CURANTIBUS

FRIDERICO IACOBS

ET

VAL. CHR. FR. ROST.

B.

SCRIPTORUM ORAT. PEDESTRIS

VOL. XV. SECT. I.

CONTINENS

DEMOSTHENIS ORATIONES SELECTAS

ED.

IO. HENR. BREMI.

GOTHAE ET ERFORDIAE
SUMTIBUS GUIL. HENNINGS.
MDCCCXXIX.

Demosthenes

DEMOSTHENIS

ORATIONES SELECTAE

COMMENTARIIS IN USUM SCHOLARUM INSTRUCTAE

AB

IO. HENR. BREMI,
CANONICO ET AD CAROL. TIGUR. PROF.

SECTIO I.

GOTHAE ET ERFORDIAE
SUMTIBUS GUIL. HENNINGS.
MDCCCXXIX.

PRAEFATIO.

Contigit tandem per varias malae, interdum pessimae valetudinis vicissitudines, ut nunc ipsum, dominante Euro et Zephyro non miti et placido, sed procelloso nervosque defatigante, volumen Demosthenis absolutum antiquitatis Graecae amicis committere. Rationem, quam in eligendis et explicandis Demosthenis orationibus secutus sum, exponere iuvat. Quod enim sequendum est ei, qui receperit vel unum bibliothecae Graecae volumen edere, id nunquam non et ipse in elaborando teneat aliisque tenendum proponat.

Conspectus hanc ait bibliothecam scriptorum Graecorum eo consilio parari et instrui, ut eiusmodi lectorum, qui in legendis scriptis veterum ducis ope carere non possunt, qui plurimi sunt, usibus inserviat. — Ego mihi Demosthenis lectores nonnullos huiusmodi cogitavi, qui rebus publicis et sacris occupati eum in Gymnasio

et Academia amorem linguae Graecae eamque eius cognitionem acquisiverunt, ut antiquos scriptores legentes nolint vel praestanti versione, qualis v. c. est Iacobsii vel Alb. Gerhardi Beckeri, acquiescere, sed eos in lingua, qua ipsi scripserunt, horis relaxando corpori destinatis tractare: qui ea, quibus opus sit ad intelligendas res et superandas grammaticas difficultates, quaerunt in annotationibus et, spero, invenient. Imprimis etiam adolescentes cogitavi cuiuscunque ordinis et loci, qui ut suam linguae Graecae antiquitatisque cognitionem per oratores colant et excolant, in eorum se lectionem introduci cupiant subsidiaque, quibus iuventur, praeter lexicon requirant, atque etiam ad libros se velint attentos reddi, quibus subtilior linguae rerumque cognitio parari possit. Utrorumque desideriis satisfacere studui. Horum imprimis in usum primas dedi eas orationes, quas Demosthenes vixdum pueritiam egressus habebat in re tutelari, causa privata, qua tutorum perfidiam ita persecutus est, ut restituendum esset quod dolo et fraude pupillo eripuerant: quibus in orationibus viri vigorem, qui sit in aliis similis generis postea habitis, spirare monuit intelligentissimus Reiskius. Utrorumque autem causa praecipua cura erat orationum in ecclesia habitarum: quarum ex genere hoc volumen continet eas, quae uno nomine Philippi-

carum appellari solent, omnes, quae sunt genuinae, excepta una περὶ εἰρήνης inscripta, quae iam inserta legitur Iacobsii libro: Elementarbuch der Griechischen Sprache, Vol. II. Attika. nr. XXVIII.

Recensionem autem, ut par erat, Immanuelis Bekkeri secutus sum eamque paucissimis locis deserui, ubi plerumque iam praeiverat Guil. Dindorfius, qui non minore cum diligentia quam perspicacitate Demosthenem edidit typis Teubneri 1825. tribus voluminibus, ut textum iam habeat Demosthenicum studiosus, quo acquiescat ipsumque cognoscat Demosthenem. — Eas autem, quas adieci, annotationes quod attinet, te dicere possis habere delecta ex antiquis commentatoribus et recentioribus, quae conferunt ad sermonis rerumque intelligentiam. Plerumque ipsa virorum doctorum retinui verba eorumque nomen adscripsi, ut suam quisque ferat laudem. Sic spero me satisfecisse ei, quod conspectus promittit, nec bonam, quam curatores de me habebant, opinionem fefellisse. Et sic, si Deus vult, ut diutius hisce in terris vexer, fidem sine pompa exsolvam.

Usus autem imprimis sum his libris longe mea laude maioribus:

Demosthenis Staatsreden, übersetzt und mit erläuternden Anmerkungen versehen von Fr. Jakobs. Leipzig, in der Dykschen Buchhandlung. 1805.

PRAECEPTORIBUS

OPTIMIS DILECTISSIMIS

LUDOVICO DOEDERLEIN

ET

FRANCISCO PASSOVIO

HUNC LIBELLUM

SUMMAE PIETATIS ET GRATISSIMI ANIMI TESTEM

ESSE VOLUIT

RUDOLPHUS RAUCHENSTEIN,

AMICITIAE AUTEM PIGNUS ET *ΑΝΤΙΔΩΡΟΝ* AUCTOR NOTARUM

IO. HENR. BREMIUS.

Cum ante hos septem annos Francisco Passovio, praeceptore optimo, dilectissimo, auctore, hortante etiam amicissimo *Henrico Bremio*, utroque viro mirifice de me merito, scriptionem meam, qua Dionysianum orationum Olynthiacarum ordinem defendendum suscepi, in publicum ederem, fieri non potuit, quin iuvenili studio incitatus nonnulla maiore cum fiducia pronuntiarem, quae cautius fortasse agenda erant, alia etiam non attingerem, quae ad rem conficiendam contemni non debebant. Nec tamen hucusque mihi, in factitanda arte scholastica occupato variisque inde muneribus distento, tantum suppetiit otii, per quod opusculum retractarem, quae ante contractius essent indicata, explicatius illustrarem, quae iusto fusius proposita, resecarem, nova adiicerem, rem denique omnem iteratis curis emendarem. Nunc vero Bremio meo, saepius roganti iusteque flagitanti, negare cum nefas esset, opus denuo aggressus sum non quidem eo consilio, ut quaestionem omnibus absolverem numeris, sed ut eius summa saltem capita idoneis, ut videtur, argumentis confirmata ac defensa proponerem. Neque enim largior illa disputatio paucissimarum, quibus in hac re elaborare mihi concessum esset, trium quatuorve nundinarum spatio poterat confici, et vero huius, quam Bremius parabat, editionis ratio ipsa breviorem postulare videbatur disputandi modum. Verum exstitit interim A. G. Be-

ckerus, vir doctus iam pridem de Demosthene laudabili studio accurataque doctrina bene meritus, qui in interpretatione Philippicarum Germanica *) acutas nonnullas, aliquas etiam gravissimas movit de Dionysiana orationum collocatione dubitationes. Quas silentio praeterire ut religiosum est, ita non nisi gravissimam quamque, ne fines aequos excedam, ea, qua dignae sunt, diligentia examinabo.

Quaerenti de antiqui cuiuspiam scripti vel veritate, vel aetate, vel omnino indole ac ratione quum duo spectanda sint, e quibus iudicium pendeat, et antiquitatis testimonia et vero ratio scripti interna, incommodum in quaestione de orationum Olynthiacarum serie hoc accidit, quod antiquorum iudicium ipsum est anceps, eiusmodi ratio interna, ut, cum disputata sint multa a multis, lanx tamen neutra adeo deprimi possit, quin etiam in alteram novum aliquod idque probabile inferri queat momentum. Quae quum ita sint, cavendum erit ab omni decernendi festinatione et elaborandum potissimum in eo, ut quid tandem sit probabilius, quid minoribus certe obnoxium difficultatibus, quaestione peracta appareat.

Atque inter antiquitatis testimonia unum est Dionysii Halicarnassei aetate maximum, qui in epistola ad Ammaeum cap. 4. p. 726. Reisk. haec scribit:

„Ἐπὶ δὲ Καλλιμάχου τοῦ τρίτου μετὰ Θέσσαλον ἄρξαντος τρεῖς διέθετο δημηγορικοὺς παρακαλῶν Ἀθηναίους βοήθειαν Ὀλυνθίοις ἀποστεῖλαι τοῖς πολεμουμένοις ὑπὸ Φιλίππου, πρῶτον μὲν οὗ ἐστιν ἀρχή· Ἐπὶ πολλῶν μὲν ἰδεῖν ἄν τις, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, δοκεῖ μοι. δεύτερον δέ· Οὐχὶ ταὐτὰ παρίσταταί μοι γιγνώσκειν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι. τρίτον δέ· Ἀντὶ πολλῶν ἄν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, χρημάτων.“

---

*) Cuius pars I. 1824. prodiit Halis Sax.

Contra ea mirum quantum ab hac Dionysiana orationum collocatione discrepant ceteri omnes, qui post eum has laudaverunt orationes, Hermogenes Tarsensis (quem sequuntur ipsius scholiastae, Sopater, Syrianus, Gregorius, alii, quorum locos diligentissime olim collegerat Pinzgerus meus), Harpocration, Apsines, Libanius Antiochenus, auctor περὶ συντάξεως in Bekkeri Anecdotis, Scholiorum, quae sub Ulpiani nomine feruntur, auctor (quorum locos accurata doctrina l. l. p. 113 sq. indicavit Beckerus), qui omnes constanter in eo conspirant, ut eam, quae Dionysio prima est, secundam faciant, tertiam, quae illi secunda, quae tertia, primam. Quorum contra turbam tantam sollicitudo est quomodo unus ille Halicarnassensis consistere possit.

Atque utinam aut Dionysio sententiae suae fontes aperire placuisset, aut ceterorum aliquis, cuius auctoritatis adminiculo innisus partes diversas sequeretur, indicare voluisset. Nam Libanius, cum a doctrina non fuerit imparatus, etiam si sententiam Dionysianam noverit, quod in suis harum quidem orationum ὑποθέσεσι nec Dionysium nominat neque eius commemorat collocandi rationem, quid aliud censendus est nisi aut immemor Dionysianae de hac re sententiae fuisse, aut vero suum ordinem satis esse tutum iudicasse vel ceterorum post Dionysium consensu, vel interna orationum ratione? Neque ergo hic certo quodam auctore videtur usus esse, quem Dionysio opponeret, cuiusve ope profligare illum posset; neque aliud agit scholiastes Ulpianeus, quam ut ex orationum inter se comparatione argumenta conetur deducere, quae quidem ipsi postea examinabimus.

Quales igitur videmus sibi repugnantes? Dionysium hinc, aetate longe superantem ceteros omnes, a scriptorum Philippi tempora enarrantium cognitione satis instructum, Callimachi Cyrenaei ceterorumque τοὺς ῥητορικοὺς πίνακας συνταξάντων censuris *) probe usum, iudicii atque ingenii acumine

*) De Callimacho Cyrenaeo censuram agente librorum et de auctoribus τῶν ἐν Περγάμῳ ἀναγραφῶν vid. Athenaeum VIII. p. 336. E. Cuius Callimachi ἀναγραφὴν τῶν ῥητόρων et τῶν ἐκ Περγάμου γραμματικῶν (Cratetis puta et Aristarchi) πίνακας diligenter adhibentem vide ipsum Dionysium Tom. V. p. 630. 661. 594. 653. VI. 904. Reisk.

non destitutum; hinc longam conspicies seriem eorum, qui aetate sunt inferiores, quos ne uno quidem probari argumento potest eorum, quos Dionysius adhibuit, scriptorum fecisse usum, quos denique rationem vulgatam qualemcunque aut tacite sequentes, aut sero tandem, ut Ulpianum, argumentis non ex historia desumptis, sed internis defungi cupientes videmus.

Ecce lanx, scriptorum gravitatem cum spectamus, non inique ad Dionysii verget auctoritatem.

At vero de Dionysii fide derogare videtur, quod pleraeque ab eo in epistola ad Ammaeum orationes Demostheni tribuuntur, quae Demosthenis esse nullo modo possunt. (Qua de re vide Rüdigerum in programmate docto: De canone Philippicarum Demosthenis. Fribergae 1820). Sed ab A. G. Beckero (in libro Dem. als Staatsm. u. Redn. p. 285.) animadversum est, quomodo a Grammaticis orationes illae in canonem recipi potuerint. Dionysius vero hac ad Ammaeum epistola nec quae orationes verae, nec quae suppositiciae essent, ostendere voluit, sed cui quaeque tempori tribuenda esset, canonem illum quam maxime secutus. Quem nisi sequeretur plurimum auctoritate ubique valentem, sciebat fortasse fore plerosque, qui etiam de verarum orationum tempore dubitarent. Hoc ut statuamus, id ipsum nobis persuadet, quod alibi (vid. Rüdig. l. l. p. 9.) de eiusdem orationis de Halonneso veritate dubitat, quam in epistola agnovit. Sciebat enim canoni non omni ex parte credendum esse, sed mutare in hac re non potuit, nisi fusior, quam tum ei licebat, in eadem epistola esse voluit. Quae utcunque sunt, non obstant tamen, quominus orationes Olynthiacas secundum canonem a Dionysio laudatas esse statuamus.

Hoc saltem praeceps nimium videtur, quod alicui non displicuit statuere, temere a Dionysio, aut vero invito canonem in epistola esse relictum. Quem si consilio reliquit, quamvis temerario, mirere, si ibi potissimum fecerit, ubi nihil attinebat, mirere magis etiam, si ne tantillum quidem eum monuisse cognoveris; sin autem inconsulto, mirum hoc, quod nec post eum aliquis, quo facile litem dirimeret, hanc suspicionem indicavit, et tam beato huic casui fieri contigit, ut multos nec contemnendos

defensores *) ad nostra usque tempora nactus fuerit. Immo vero sic suspicari tum demum licebit, quum nihil quidquam omnino pro Dionysio dici potuerit.

Verum una adhuc restat eaque ad enodandum non facilis quaestio, quomodo tandem fieri potuerit, ut contemneretur a posterioribus Graecis Dionysius, altera autem prorsus obtineret collocandi ratio atque una post eum invalesceret. Qua in re quum deseramur ab historia, latus videtur patere coniecturis campus, quem tamen pervagari non libet. Poterat aut casus ludere, aut poterat aliquis magnae apud suos auctoritatis rhetor rem constituere pro suo quodam in hac re iudicio, quem sequebantur deinde auditores et librarii, ut paullatim ordo Dionysianus evanesceret. Nec tamen hoc penitus factum. Nam Demosthenis codex Augustanus II. in hac orationum collocatione Dionysium sequitur. Plura affirmare sine certo auctore ut audacis esse videtur, ita superstitiosum putamus ordini vulgato tenaciter adhaerere.

Hoc certe videmur nobis reperisse, ex antiquitatis testimoniis rem ad liquidum deduci non posse, sed opus esse etiam accurata disputatione ea, qua, quid ex orationibus ipsis proficiatur, appareat; Dionysium autem non solum victum ex acie non discedere, sed esse etiam quo ceteros haud mediocriter superet.

Sequitur nunc, ut argumenta examinemus eorum, qui contra *Dionysium* contenderunt.

Atque argumenta, quae contra Dionysium prolata esse novimus, ex antiquitate ad nos pervenerunt ea tantum, quae in *scholiis* Ulpiani leguntur. Quae scholia quum sint variis interpolationum atque additamentorum corruptelis repleta (vid. Fabric. *Bibl.* Gr. Tom. II. p. 380.), ut „Scholiorum e vero Ulpiano ductorum, admistis et aliorum antiquis et plane novis rebus, factam *a Grammatico* infimi saeculi et ordinis congeriem" summus Wolfius nominet (Leptin. p. 211.); non tamen est cur repugnemus,

---

*) Qui editores aut Dionysium aut ordinem vulgatum secuti sint quique utrinque pugnaverint, eorum nomina refert Beckerus l. l. p. 109.

quin illi loci, de quibus hic agetur, referant sententiam ex alicuius has orationes interpretantis magistri aut ore exceptam, aut ex alicuius rhetoris scriptis huc translatam; ita ut quasi pro monumentis habeantur, qua ratione aliquis, fortasse non indoctus, rhetor ante quarti post Chr. n. saeculi decursum litem nostram componere sit aggressus. Hoc tamen non alicuius antiquiorum scriptorum auctoritate in partem vocata, sed tanquam proprio fieri Marte, probe tenendum est.

Binis Ulpianus argumentis utitur in *ἐξηγήσει* ad orat. I. (vulg. II.) pr.

1) *ἡ μὲν ὑπόθεσις τοῦδε τοῦ λόγου καὶ τὰ κεφάλαια παραπλήσια τῷ πρώτῳ· διενήνοχε δὲ κατ' ἐκεῖνο μόνον, ὅτι ἐν μὲν τῷ πρώτῳ ζητεῖται, εἰ χρὴ βοηθεῖν τοῖς Ὀλυνθίοις· ἐν δὲ τούτῳ τὸ μὲν βοηθεῖν ἤδη δέδεικται, τὴν δὲ ῥώμην ὀκνοῦσι τοῦ Μακεδόνος καὶ τὴν ἰσχύν.*

Iam si, quae Beckeri (p. 121. l. 1.) est sententia, antiqui illi rhetores in iudicanda nostra causa hoc quaesiverunt, quid primae, quid secundae fuerit consilium, atque hinc constituerunt quaeri prima oratione debuisse, num profecto succurrendum esset, commoneri atque incitari in secunda cives, ut auxilium quam celerrime mitterent; hoc, dico, quamvis iustum ac verum primum audienti videatur, male tamen ac perverse institutum esse statim apparebit. Quidni enim ab ipso huius actionis initio Athenienses a Philippo varie delusi et multati ad ulciscendum tandem prompti paratique fuerint? Quidni erecti laetitia socios ad hoc ipsum potentissimos amplexi? Quae statuendi necessitas primum in suggestum adscendisse Demosthenem? An vero incredibile est multos iam ante nostrum disputasse in partem utramque, aut vero populi studiis obsecundare se ratos ad bellum vocasse, tum ut Demostheni non quaestio relicta fuerit, auxiliandum esset necne, sed cohortatio insigni valens fiducia, ut statim succurrerent? Id quod infra copiosius demonstrabitur. Nec profecto egemus, quo Ulpiano respondeamus. Nam quod is orationem vulgo secundam (primam Dionysio) propterea ait secundam esse debere, quod in ea opitulandi necessitas iam demonstrata sit, in prima autem (tertia D.) eadem demonstretur; id facile potuerit vinci, si causam, cur hoc factum sit, consideratius perscrutati simus. Etenim

verum est in prima (tertia D.) necessitatem illam demonstrari; verum hoc non eo fit consilio, quo quis statim ab initio inde ad rem quandam aggrediendam exhortari solet, sed quod ultimum temporis spatium supersit periculumque summum instet, nisi strenue rem statim aggrediantur. — Quod autem de oratione altera (prima D.) ab Ulpiano contenditur, id apparet haud verius esse. Demosthenes enim multus esse in excitando ad bellum cives ideo noluit, quod rei necessitatem perspicere omnes videbat, id quod vel ex ipso statim exordio potest cognosci.

Lucchesinius vero in fine disputationis de orationum Olynthiacarum ordine Ulpiani sententiam confirmare frustra studet, argumento usus loco orationis II. (I. D.) p. 18. Reisk. *ἀλλὰ καὶ τῶν ὑπὸ τῆς τύχης παρασκευασθέντων συμμάχων τε καὶ καιρῶν.* „Quis hic, inquit, initam quoque cum Olynthiis societatem non videat?" — Comparat hunc locum cum Ol. I. (III. D.) p. 11. pr. *νυνὶ γάρ, ὃ πάντες ἐθρυλεῖτε, ὡς Ὀλυνθίους ἐκπολεμῶσαι δεῖ Φιλίππῳ, γέγονεν αὐτόματον.* Unde colligit agi hoc loco de societate cum Olynthiis ineunda, quum paullo post Athenienses admoneantur, ut hanc feriendi foederis opportunitatem arripiant, quam iam pridem summopere desideraverint.

Verum ex hoc posteriore loco qui conficiatur foedus iungendum esse ab oratore suaderi, profecto non intelligo. Nam nec societatis fit mentio, quippe quae iuncta iam esset, et oratoris ibi consilium eo pertinet, ut suorum cieat pudorem, qui pristini bellandi desiderii immemores animum despondeant, atque ut Olynthios necessario et constanter in fide permansuros esse ostendat. Non ergo de foedere iungendo, sed de bello ex foedere alacrius gerendo sermo est. — Priorem vero locum qui considerat, facile reperiet verbis *ὑπὸ τῆς τύχης παρασκευασθέντων συμμάχων* significari non homines in societatem iam receptos, sed paratos tantum atque oblatos a fortuna. — Verum paullo post gravius cum Lucchesinio ineundum erit certamen; redeamus ad Ulpianum, cuius locum alterum hic habes:

> *δείκνυται δὲ ὢν δεύτερος οὗτος ὁ λόγος ἐκ τῶνδε· ἐν γὰρ τῷ πρώτῳ περὶ τῆς τῶν θεῶν εὐνοίας ἀπόδειξις παρασχών, ἐνταῦθα ὁμολογουμένην παρέλαβεν.*

Cuius loci sententiam Beckerus l. l. p. 119. hunc fere in modum illustravit: dicere in prima (III. D.) Demosthenem de deorum benevolentia bene sperandum esse, si cum Olynthiis arma iungantur, in secunda vero (I. D.), quoniam auxilium mittendum populus sciverit, affirmare eundem proxime fore, ut illam deorum benevolentiam experiantur. Qua in re falsum primum hoc est, quod orator in prima (III. D.) societatem ineundam suadeat, laudet in secunda (I. D.) populi de auxilio mittendo decretum. Frustra quidem utrumque quaeres. Deinde Dionysianae primae exordium si legeris, deorum benevolentiam in eo cerni affirmatum invenies, quod futuri sint qui contra Philippum bellum fortiter suscipiant, quibuscum tandem coniunctis Atheniensibus iniurias inveteratas ulciscendi facultas data sit. Quod ipsum in prima est longe aptissimum. In tertia autem (secundum D.) quum orator suos ad subeundi belli sumptuumque munera adhortatur praedicanda iterum benevolentia immortalium, quae ipsis illam ultionis viam monstrare videatur, quid hoc Dionysio adversetur, nescire me fateor. Neque ergo nos amplius morabitur Ulpianus.

Audiamus Lucchesinium, qui, quam Dionysius tertio loco posuerit, eam primam esse debere affirmans, „in ista enim, inquit, Demosthenes non solum cives inflammat ad ferendum Olynthiis auxilium, sed monet, ut illuc legatos mittant, qui huius spe confirment animos metu fractos. Quod consilium si orator providus ac sollertissimus in tertiam concionem distulisset, eius profecto prudentia desideraretur. Deinde in hac ipsa oratione Philippi sordidos mores illatasque tot tantisque gentibus iniurias sigillatim recenset. At quam longe alienum esset a clarissimi oratoris sagacitate, si haec dicere in prima concione praetermisisset, quae omnium maxime ad causam faciunt?“

Miratur ergo Lucchesinius in tertia demum ad legatos mittendos cives admoneri. Nam si tertia haec esset, auxilium ferendum suasisset orator, quia foedus per legatos haud dubie factum erat, ut colligi potest ex loco p. 29. (orationis vulgo tertiae, secundae D.) pr. ὅπως τοὺς συμμάχους σώσομεν. Cur ergo iterum legati? — Verum quid opus prioribus in orationibus legationis mittendae fieri mentionem? Nonne sponte apparebat, quocum societatem inire vellent, ei hoc nuntiandum esse? Quodsi ad auxiliandum suos commoverat, sponte eos sciebat legatos missuros esse.

— At si in prima et in secunda sponte hoc sciebat apparere, num in tertia minus apparebat, ut adeo prorsus inutiliter adderet illud πρεσβείαν δὲ πέμπειν, ἥτις ταῦτ' ἐρεῖ καὶ παρέσται τοῖς πράγμασιν; — Immo in tertia haud ab re erat ea admonitio. Magno enim in periculo versatos iam esse Olynthios cum ex orationis fine cognoscimus, tum ex loco laudato. Quid? quod hoc ipso loco rationem orator addit, cur haec suadeat, timendum esse, ne Philippus, cum Atheniensium nemo adsit, qui auxilium polliceatur, segnes eos et proditores apud Olynthios appellans hosce eo trahat, *quo velit*, ut se ei qualibuscunque dedant conditionibus. Quam ob rem necessarium erat, ut legati quam celerrime nuntiarent exercitum esse venturum. Iam cum videamus, cur in tertia oratione de legatione mittenda monuerit, in reliquis autem praetermiserit, refutatam existimamus hanc Lucchesinii rationem.

Quod autem idem subiungit argumentum, exponendum fuisse oratori non in tertia, sed in prima de Philippi sordidis moribus et de eius perfidia, id quomodo tanto viro excidere potuerit, non intelligo. Nam quod Lucchesinius postulat ut in prima fiat, id multo magis habetur in ea, quae prima est Dionysio, quam in ea, quae illi. Perstringit quidem in oratione III. (vulg. I.) p. 10. Philippi perfidiam, sed plane ita, ut si fortuito tantum in hoc argumentum feratur. Etenim metum excitaverat civibus, ne forte Olynthii a Philippo commoverentur, ut in gratiam cum eo redirent; quam opinionem quo iustis coerceret finibus, statim subiecit tam notam esse Philippi perfidiam, ut pacisci cum eo vix quisquam vellet. Nunc vero conferatur ille, quem ibi prodidit, indignationis modus cum ea, qua in prima (D.) percellimur, irarum magnitudine. Quantus in hac est pleno ex corde ille impetus! in Philippi moribus notandis quantum odium! — Ut paucis absolvam: ibi, ut alios iratos regi ostendat, hic, ut suos exacerbet, in eum invehitur. Atque haec res omnino est eiusmodi, ut Lucchesinium, quippe qui non ad locos singulos provocet, in mente locos illos confudisse ipsumque adversariis invitum arma tradidisse suspicer. Namque eius argumentum, si vera sunt quae de eo diximus, Dionysianae plane rationi defendendae inservit.

„In secunda vero, pergit Lucchesinius, quid sibi vult exordium illud calliditatis atque artis plenum, quo conatur ostendere plures adhuc virium nervos esse Reip., nisi commotos priore ser-

mone cives fuisse ad opem ferendam, sed timere, ne, cum minus potentia valeant, id fieri possit?"

Hac igitur oratione (I. D.) postulari, ut praecessisse statuamus aliam, qua Athenienses ad bellandum commoti fuerint. — Multas a Philippo iniurias sibi et esse illatas et imminere, qui civium incorrupti erant, negare non poterant; Philippum autem puniri et reipublicae vires restitui gratum iis esse debebat non solum medio, sed ineunte quoque bello. Quidni ergo in prima oratione non solum attenti fuerint ad rem novam audiendam, sed etiam laetati de bellandi opportunitate? — At metuebant regis potentiam. — Quidni ergo iam in prima orator concione id ipsum, quod maximam obiiciebat difficultatem, removeret? Quidni summa uteretur calliditate atque arte ad celandam Philippi potentiam, ad vires reipublicae extollendas? Quidni spem prae se ferret certissimam fore, ut vincerent? Immo postularemus, si haec secunda esset, ut eos increparet, quod sese offerentem fortunam neglexerint. Contra ea apparet, quam recte in prima spem magnam simulaverit, ut ab initio inde animum suis adderet. Praeterea valde probabile est, quod Iacobsius dicit in Philippicarum versione Germanica p. 214., vehementer populi animos ad Olynthiorum inclinatos fuisse societatem. Etenim hoc etiam illius aetatis proprium erat, ut, quod fortunae secundae spe cupide arripuissent, temere idem labore instante remitterent. Vere etiam Rüdigerus monet: „quum de singulari divino beneficio, de imbecillitate opum Philippi, de mente sociorum a principe alienata et ipsorum civium desidia exponat, imprimis animos audientium ad rem ipsam convertere vult."

Postremum denique hic habe Lucchesinii argumentum:

„Tertia denique suo loco removeri nequit. Quippe parum isthic orator commoratur in suadenda opitulandi necessitate, sed veluti id iam fuerit constitutum, quempiam loquentem ita inducit: „quem nostrum fugit iis opem ferendam esse? nec ferre utique recusamus. At quo consilio id a nobis curari possit, explanare opus est, atque isthuc nervos omnes intende."" (pag. 31. pr. Reisk.).

Negavit Lucchesinius post hanc vulg. III. (II. D.) ora-

tionem aliam sequi potuisse, unde auxilia ferenda cives doceremur recusasse. — At si post illam orationem nihil laude dignum gestum erat, nonne denuo nolle cives strenue rem gerere commemorando ea, quae lente sane ac segniter gesta fuerint, orator significare poterat, aut vero debebat? Quare cum non mutaretur Atheniensium segnities, necessarium erat, ut Demosthenes iterum ad bellum eos impelleret. Quod quo consilio quibusve opibus gerendum esset, in tertia (vulgo I.) docuit eo uberius, quo accuratius ad singula quaeque belli exponenda consilia descendit. Neque ergo hoc quidquam argumento effecisse videtur Lucchesinius.

Iuvat hic etiam Weiskii verba (de hyperbole P. III. p. 31.), quibus nostra firmantur, repetere. „Non vidit (Lucches.) oratione ea, quae a Dionysio fertur estque prima, oratorem prudenti gravique amplificatione et pristinam in illis locis potestatem Atheniensium et praesentem Olynthiorum in eos benevolentiam (Dem. 18, 14—16.) ipsiusque populi Athen. augere studia, quasi ultro expetentis id ipsum, quod suadet orator; tertia autem oratione, dum mitti tandem auxilia iubet, his eum, more item oratorio, *significare* pro nullis habenda esse quae adhuc miserint, in quo sane hyperbolicum aliquid latere videtur.“

In illa tandem, quam Iacobsius l. l. p. 295. movit e loco (*III. Dion.*) p. 10. *πρὸς δὲ τὰς καταλλαγάς, ἃς ἂν ἐκεῖνος ποιήσαιτο ἄσμενος πρὸς Ὀλυνθίους, ἐναντίως ἔχει*, refutanda dubitatione nunc non est quod diutius commoremur, quoniam, quod olim ab huius viri praestantissimi auctoritate commotus non satis caute credideram, Olynthum obsidione iam fuisse cinctam, id vanum esse Beckero, meliora docenti, nunc libenter concedo. Non potest igitur neque ad defendendum neque ad impugnandum ordinem vulgatum ex hoc loco quidquam colligi.

Iam vero quum omnes, qui contra Dionysium contenderunt, frustra quidem pugnasse deprehenderimus (de ceteris autem, quas nondum attigimus, Beckeri dubitationibus suo de unaquaque loco videbimus), erit profecto cur fidem Dionysio maiorem habeamus. Itaque hunc per disputationem reliquam pro duce habebimus et ex eius quasi nutu orationes collocabimus, perlustraturi singulas et collecturi quae ad eum defendendum in iis comparata

esse videbuntur. Prius autem quam in hanc e singulis deinceps orationibus instituendam argumentationem ingrediamur, videndum, num quid aliunde praeterquam de Olynthi expugnatae devastatione, quod quidem ad nos hic nihil attinet, de huius belli historia reperiatur, unde lucis aliquid possit in quaestionem nostram derivari.

Atque opportune profecto apud Dionysium nostrum ad Ammaeum Tom. VI. p. 734. Reisk. Philochorus haec narrat:

„Καλλίμαχος Περγασῆθεν. Ἐπὶ τούτου Ὀλυνθίοις πολεμουμένοις ὑπὸ Φιλίππου καὶ πρέσβεις Ἀθήναζε πέμψασιν οἱ Ἀθηναῖοι συμμαχίαν τε ἐποιήσαντο καὶ βοήθειαν ἔπεμψαν, πελταστὰς δισχιλίους, τριήρεις δὲ τριάκοντα τὰς μετὰ Χάρητος, ἃς καὶ συνεπλήρωσαν.“ Ἔπειτα διεξελθὼν ὀλίγα τὰ μεταξὺ γενόμενα τίθησι ταυτί· „Περὶ δὲ τὸν αὐτὸν χρόνον Χαλκιδέων τῶν ἐπὶ Θρᾴκης θλιβομένων τῷ πολέμῳ καὶ πρεσβευσαμένων Ἀθήναζε, Χαρίδημον αὐτοῖς ἔπεμψαν οἱ Ἀθηναῖοι τὸν ἐν Ἑλλησπόντῳ στρατηγόν· ὃς ἔχων ὀκτωκαίδεκα τριήρεις καὶ πελταστὰς τετρακισχιλίους, ἱππεῖς δὲ πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν ἦλθεν εἴς τε Παλλήνην καὶ τὴν Βοττιαίαν μετ' Ὀλυνθίων καὶ τὴν χώραν ἐπόρθησεν.“ Ἔπειθ' ὑπὲρ τῆς τρίτης συμμαχίας λέγει ταυτί· „Πάλιν δὲ τῶν Ὀλυνθίων πρέσβεις ἀποστειλάντων εἰς τὰς Ἀθήνας καὶ δεομένων μὴ περιιδεῖν αὐτοὺς καταπολεμηθέντας, ἀλλὰ πρὸς ταῖς ὑπαρχούσαις δυνάμεσι πέμψαι βοήθειαν, μὴ ξενικήν, ἀλλ' αὐτῶν Ἀθηναίων, ἔπεμψεν αὐτοῖς ὁ δῆμος τριήρεις μὲν ἑτέρας ἑπτακαίδεκα, τῶν δὲ πολιτῶν ὁπλίτας δισχιλίους καὶ ἱππεῖς τριακοσίους ἐν ναυσὶν ἱππηγοῖς, στρατηγὸν δὲ Χάρητα τοῦ στόλου παντός.“

Iam vero quum ter ab Olynthiis Athenas missos legatos terque item ab Atheniensibus iis missa esse auxilia a Philochoro accipiamus, tres item a Demosthene orationes videamus habitas, quarum singularum caput hoc erat, ut mitterentur Olynthiis auxilia, hoc certe eiusmodi est, ut orationes Demosthenis singulas post singulas Olynthiorum legationes habitas esse ultro unicuique se offerat. Hanc igitur rerum a Philochoro narratarum cum Demosthenis orationibus necessitatem tanto firmius tenebimus, quum ab iis, quos contra pugnasse mihi quidem innotuit, nihil omnino veri atque indubitati

contra moneri potuerit. Immo videbis utique a Demosthene Philochorum non modo non refutatum, sed etiam confirmatum, quantum quidem ab oratore potest confirmari historiarum scriptor.

Ac primum quidem quod contra moneri potuerit (Becker, p. 95.), in nulla omnino orationum mentionem fieri legationum, quas ter misisse dicantur Olynthii, qua quidem re (Rüdigero censente) egregie oratori licuisset uti ad excitandos civium animos, id quidem rationi nostrae officere nequit. Namque Olynthiorum legatos semel certe Athenas venisse negare ut absurdum est, ita vel in ea, quae Dionysio, vel in ea, quae vulgo prima est, et legatorum et earum, quas nuntiabant ac petebant, rerum orator, si volebat, mentionem facere poterat. Atqui in neutra hoc fit. Nec vero idonea huius rei ratio deest. Sciebant cives aut e senatus probuleumate, aut acceperant a legatis ipsis in concionem fortasse productis. Sciebant ad satietatem usque ex oratorum tot fervidis utramque in partem omnia detorquentibus contentionibus. Demosthenem enim nec solum nec primum locutum esse cuique statim patebit, qui orationum singularum vel exordia tantum attentius perlegerit. Ac prudenter sane noster ita instituit, non solum, quod inferior aetate orator erat, sed etiam quod, qui inter postremos loquitur, efficaciorem plerumque habet orationem. Idemque argumentum si verum est, ut credimus, latius etiam pertinebit. Namque ita demum intelligitur, qui factum sit, ut nusquam omnino de eventibus bellicis, nusquam de clade accepta, nusquam de rumoribus vulgi apud Demosthenem quidem apertus fieret sermo. Quin ne adversantium quidem in hac re quenquam nominavit, quos tamen fuisse cognovimus, uti Demadem, de quo vid. Hauptmannum in oratoribus Reiskii Vol. IV. p. 247 *). Nobilem prorsus etiam hic admirantibus se praestat oratorem, duo tantum constanter persequentem, quomodo remp. erigat, profliget eiusdem adversarios. — Non ergo, opinor,

*) Hunc Beckero debeo locum. Quod autem idem addit V. D., posse decerni hinc, quod Demades societatem Olynthiorum dissuaserit, de primae orationis (III. D.) consilio, id nihili est. Vellem, monstrasset ille huius orationis locum, unde de societate ineunda demum agi sibi persuaserit, qualem quidem toties exploranti mihi reperire non contigit. Est autem quod quis suspicetur Demadem non semel, sed semper Demostheni ad auxilium Olynthiis ferendum vocanti fuisse adversatum.

quae coniicere liceat, missa faciam, moneam unum, quod Chares, quum ab expeditione prima Athenas rediisset, ex iisdem, quas tum habuerat triginta, navibus reductis tertiae expeditioni praefectus iterum naves XVII ducere poterat; quas, quoniam eaedem fuerint, Demosthenes bis numerare noluerit. Detractis igitur illis in prima iam expeditione missis XVII, naves conficiuntur XLVIII, prae quibus orator numero pleno L uti maluit.

Quare, ut dixi, quantus inter oratorem et historicum esse potest, eum consensum habemus inter Demosthenem et Philochorum, res accurate ac singulatim enarrantem. Immo vero Philochori testimonium si deesset, esset fortasse cur de ipsius Demosthenis numero vehementer dubitaremus. Athenienses enim ea desidia eaque, qua tum erant, voluntatis debilitate tantas illas copias una eduxisse vix tibi aut omnino non persuadeas. Beckero autem, ordinem orationum vulgatum retinenti scilicet a prima in disputationem ingressione, consentaneum est Philochori testimonium non in singulis solum locis impugnandum fuisse, sed etiam per totam de missis auxiliis quaestionem oportuisse ei omnia adversa tricisque impedita adeo evenire, ut tandem cogeretur Philochori testimonium totum abiicere, id quod in huius generis quaestionibus ut audacissimum est, ita merito suspectum Viro Docto videri debebat.

Ex hac autem quaestione quantum lucis disputationi de orationum ordine affundatur, exemplo iam hic demonstrare iuvat.

Namque e singulis Olynthiorum legationibus singulas etiam natas esse orationes, Philochoro quidem huc trahente, cum statuamus, necessarium est, ut orationi tertiae legatio causae fuerit ea, qua *μὴ περιιδεῖν αὐτοὺς καταπολεμηθέντας, ἀλλὰ πρὸς ταῖς ὑπαρχούσαις δυνάμεσι πέμψαι βοήθειαν, μὴ ξενικήν, ἀλλ' αὐτῶν Ἀθηναίων* Olynthii rogaverant, auctore Philochoro l. l. Iam quidem in prima (D.) prudenter orator suos adhortatur, ut promptos se praebeant utque ipsi proficiscantur. p. 21. sub fin. *εἰςφέροντας, ἐξιόντας*. p. 25. fin. *εἰςφέρειν χρήματα, αὐτοὺς ἐξιέναι προθύμως*, et in fine orationis: *πάντας ἐξιέναι κατὰ μέρος*. Sed valde erraret, qui propterea hanc orationem tertio loco poneret: per mercenarios enim nihil frugi perfici aliunde satis persuasum habere poterat orator. Quid ergo mirum, si iam in prima cives adhortabatur, ut ipsi manus operi iniicerent, priusquam etiam ab Olynthiis hac

de re monitus esset? — In secunda vero oratione (III. vulgo) rem illam nutu significat magis quam verbis suadet apertis. p. 36. fin. τὸ μὲν πρῶτον καὶ στρατεύεσθαι τολμῶν αὐτὸς ὁ δῆμος κ. τ. λ. dum suae aetatis homines comparat cum maioribus: — At in tertia (prima vulgo) p. 10. sub fin. καὶ αὐτοὺς ἐξιόντας καὶ μηδὲν ἐλλείποντας. p. 16. pr. στρατευομένους αὐτούς. Qua in re hoc imprimis nos offenderet, quod in oratione ea, quae nobis secunda est, si esset tertia, mentio vix fieret eius rei, quam tanquam summam Olynthii petiverant. Iam idcirco haec oratio tertio ponenda est loco. Hanc denique sententiam mirifice hoc adiuvat, quod in tertiae orationis fere principio legitur: ὅτι τῶν πραγμάτων ὑμῖν ἐκείνων αὐτοῖς ἀντιληπτέον, et paullo infra: ὅπως ἐνθένδε βοηθήσετε, i. e. Athenis, e civium numero, neve ita, ut antea, quum Charidemum ex Hellesponto Olynthum proficisci iuberetis. Hinc sine ulla dubitatione colligitur in id maxime, quod necessarium ipse indicaverat quodque iam ab Olynthiis petebatur, Demosthenem civium voluisse animos intendere, quod nonnisi hoc modo peragi res posset.

Est praeterea ex ipsis Demosthenis supra tractatis verbis aliqua fortasse derivanda ratio, unde Philochori cum oratore consensio intelligatur. Nam quum legatione ultima, Philochoro auctore, μὴ ξενικήν, ἀλλ' αὐτῶν Ἀθηναίων βοήθειαν petivissent, haud absurda est coniectura Demosthenem in verbis μυρίοις δὲ ξένοις καὶ τριήρεσι πεντήκοντα ὑμῶν βοηθησάντων αὐτοῖς καὶ ἔτι τῶν πολιτῶν τετρακισχιλίοις haec postrema loco ultimo posuisse non modo propter huius generis auxilii praestantiam ac gravitatem, sed etiam additis insuper καὶ ἔτι particulis propterea, quia haec expeditio, quae tota fuit civium, tertia atque ultima fuerit.

Unum denique addam contemptu non sane dignum. Philochoro enim in historiis conscribendis pro fontibus erant inter alia Demosthenis orationes, ut e Dionysio colligas ad Amm. VI. p. 741 sqq. Reisk. Atqui etsi falsa essent omnia, quae de Olynthiorum tribus legationibus missisque illis auxiliis disputavimus, vel hinc aliquid potest affirmari de Dionysiani ordinis veritate. Etenim si Philochorus ex orationibus ipsis narrationem suam composuit, ex ea certe Olynthiorum illud: πέμψαι βοήθειαν μὴ ξενικήν, ἀλλ' αὐτῶν Ἀθηναίων, petiit, in qua maxime Demosthenes cives, ut ipsi militarent, adhortatus erat. Ergo necessarium erat, ut Philochoro quo-

que, qui Ol. CXVII. (coll. Dion. Hal. tom. V. p. 636. Reisk.) floruit, eadem, quae nobis, ultima fuerit.

Iam vero, quum ex iis, quae hucusque disputata sunt, ne unum quidem omnino Dionysianae rationi vere repugnans argumentum reperisse nobis videamur, immo vero nonnulla etiam huiusmodi, quae eiusdem confirmare ac suadere videantur collocandi rationem, par erit iustumque, ut per reliquam quaestionem hunc ipsum secuti ducem ex orationibus ipsis, quae afferri pro eo possint, argumenta colligamus, quae adversa, propulsare conemur.

Quod si verum est orationem eam, quae vulgo secunda est, esse primam, sic omnia dicta esse oportet, quasi nunc primum de Olynthiorum petitione deliberetur. Contra si secunda esset, reperirentur, necesse est, nonnulla, quae nobis persuaderent Athenienses bellum iam suscepisse, reperirentur denique, quae in prima ferri nullo modo possent.

Et primum quidem praeclarum huius orationis exordium, quo Demosthenes belli novi occasionem tanquam a deorum benevolentia datam praedicat precaturque, ut dignos tanto immortalium beneficio cives sese praebeant, hoc profecto eius esse non potest, cuius spes ac vota, quae in prima concione concepisset, eventu aut nullo aut parum honesto ad irritum cecidissent. Nam si quis obiiciat, cum in prima (III. D.) societatem ineundam suasisset, recte nunc laetari Demosthenem, quod hoc saltem evenisset, edoceri velim ex oratione vulgo prima ipsa; ubi de iungenda demum societate ibi fiat sermo. Nemo enim, puto, huc trahere nos iubebit locum p. 12. πεφηνέναι τέ τινα ἡμῖν συμμαχίαν, id quod vel ad belli finem usque recte ab oratore dici potuit. Contra, quomodo suos increpet, cum minus fecissent quod fieri debebat, discendum est ex orationis vulgo III. (II. D.) principio et ex ea, quae Dionysio III. est (I. vulgo), p. 10. fin. οὐδὲ γὰρ λόγος οὐδὲ σκῆψις ἔθ' ὑμῖν τοῦ μὴ τὰ δέοντα ποιεῖν ἐθέλειν ὑπολείπεται.

Quid vero? in nostra, quae D. est I (II. vulgo), p. 18. cum legatur: τὸ γὰρ τοὺς πολεμήσοντας Φιλίππῳ γεγενῆσθαι καὶ χώραν ὅμορον καὶ δύναμίν τινα κεκτημένους κ. τ. λ., gaudiumque manifesto Demosthenes exprimat, quod Olynthii cum Philippo bellum gesturi sint (nondum ergo gerant); in ea, quam vulgo

primam faciunt (III. D.), habemus aperte bellum iam gerentes. p. 10. δῆλον γάρ ἐστι τοῖς Ὀλυνθίοις, ὅτι νῦν οὐ περὶ δόξης οὐδ' ὑπὲρ μέρους χώρας πολεμοῦσιν. et p. 10. fin. sqq. νυνὶ γάρ, — ὡς Ὀλυνθίους ἐκπολεμῶσαι δεῖ Φιλίππῳ, γέγονεν αὐτόματον. In quo mireris, si tum, quum res scilicet facta esset, futuram dixerit, factam eandem tam, quum adhuc instaret. Non ita vesanum Demosthenem concionatorem puta.

In eadem nostra, quae Dionysio prima est, quum Philippus p. 20. νῦν τὰ τελευταῖα Thessalos decepisse dicatur τῷ Μαγνησίαν παραδώσειν ὑποσχέσθαι, quam Thessalorum urbem Philippus tenebat, infra autem p. 21. Thessali ferantur περὶ Μαγνησίας λόγους ποιεῖσθαι, de restituenda videlicet, quod rex pollicitus erat, Magnesia; e tertia secundum Dionysium p. 15. cognoscimus καὶ Μαγνησίαν κεκωλύκασι τειχίζειν. Quod ipsum Beckerum in suam rem trahere mirari subit. Hic enim rem inverso ordine proponens apparere ait Philippum, qui Magnesiam non retinere solum, sed etiam munire antea voluerit, nunc eam vel ultro offerre. Immo vero haec liquido Dionysii ordinem confirmant. Philippus enim Thessalos cum antea deceperat, tum nuperrime (νῦν τὰ τελευταῖα) Magnesiam se redditurum pollicendo. Quam fidem postea quum frustraretur, irati illi agendum cum rege atque instandum decreverunt. Ille autem pro suo artificio atque ingenio tantum abfuit, ut fidem solveret, ut munimentis praesidioque urbem firmare institueret. Hoc denique Thessali prohibuerunt. Unde etiam intelligitur, cur in tertia (Dion.) l. l. Thessalos infideles ut omnibus, ita Philippo quoque nominet, in prima autem (Dion.) p. 20. multo de iis lenius ac mitius loquatur, quippe de quorum erga Philippum consilio minus certe tum quidem constiterit quam in tertia (Dion.). Id quod Beckeri causa moneo. — Unum praeterea adiungere huc placet, consentaneum esse a prima ad ultimam usque concionem oratorem de Thessalorum rebus certiorem esse factum. Idemque quum ex iis, quae supra monuimus, cognosci potest, tum vero ex hoc loco orationis Dionysio tertiae: ἤκουον δ' ἔγωγέ τινων, ὡς οὐδὲ τοὺς λιμένας καὶ τὰς ἀγορὰς ἔτι δώσοιεν αὐτῷ καρποῦσθαι κ. τ. λ., quae profecto ita dicta sunt, quasi novam famam accepisset. Quare vel ex hac locorum comparatione Dionysianae rationis veritatem demonstrari existimo.

Aliud vestigium haud leve reperimus p. **21.** in his verbis: *πρὸς δὲ Θετταλοὺς πρεσβείαν πέμπειν, ἣ τοὺς μὲν διδάξει ταῦτα, τοὺς δὲ παροξυνεῖ*, quibus Thessalos ignoraro adhuc significatur, quid Athenienses contra Philippum moliantur. Atqui post orationes singulas singula Olynthum praesidia missa esse e Philochoro verisimile est. Quod si Olynthii auxilium iam aut petierant, aut vero acceperant, id, quaeso, quomodo latere potuerat Thessalos? Neque ergo nostram oratio alia antecessit; verum recte se habet ordo Dionysianus. Et vere Demosthenes locutus est, cum paullo post quidquam gestum esse negavit: p. **21.** *σκοπεῖσθε μέντοι τοῦτο, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ὅπως μὴ λόγους ἐροῦσι μόνον οἱ παρ' ἡμῶν πρέσβεις, ἀλλὰ καὶ ἔργον τι δεικνύναι ἕξουσιν κ. τ. λ.* Nam cives ne verba quidem Olynthiis hucusque dedisse sequentia docent, quibus quidem in universum Athenienses propter loquendi pollicendique copiam vituperat, idem tamen ne verbo quidem in Olynthios nuperrime commissum esse queritur. Nec tamen, credo, hoc vituperationis genus contempsisset, si quidem iure illo uti licuisset.

Porro cum e Theopompo apud Athen. XII. p. **532.** C. D. multitudinem valde constet laetatam fuisse de victoria, quam Chares se reportasse gloriabatur, intelligi nequit, quomodo silentio in nostra, si secunda esset, praeterire orator potuisset, quod Athenienses aliquantum se hoc bello perfecisse certe ipsi sibi persuaserant. Quin eos vituperasset, ut in oratione vere secunda (III. vulg.)? Atqui Demosthenem ipsum audimus asserentem nihil plane hucusque ab Atheniensibus esse gestum. Cuiusmodi est quod p. **24.** legitur: multo praestantiorem Philippi conditione Atheniensium fore statum, si *καὶ κατὰ μικρὸν ἃ προσήκει* peragere velint. Qua in re hoc primum animadvertendum est, etiam si respicitur ad oratoris hyperbolen, tanta fortuna Olynthiorum res adhuc contineri, ut vel parvis copiis servari possint. Id quod ab initio tantum belli poterat dici. Conferatur enim hoc cum severa admonitione, ut opem ferant, quae legitur in tertia; quo appareat nostram post tertiam (I. vulg.) sequi non posse. Tum vero liquet indidem manum negotio eo usque cives non iniecisse; cuius rei praeterea haec confer exempla: p. **24.** *οὐ δὴ θαυμαστόν ἐστιν, εἰ στρατευόμενος καὶ πονῶν ἐκεῖνος αὐτὸς καὶ παρὼν ἐφ' ἅπασι καὶ μηδένα καιρὸν μηδ' ὥραν παραλείπων ἡμῶν μελλόντων καὶ ψηφιζομένων καὶ πυνθανομένων περιγίγνεται.* p. **24.** paullo inferius

ἀλλ', οἶμαι, καθήμεθα οὐδὲν ποιοῦντες. Neque enim recte hinc aliquis existimaverit praemissam quidem esse orationem, fructu tamen eam carentem. Nimirum Demosthenes significat etiam illud tempus, quod bello Olynthiaco antecesserat. Cf. enim p. **25.** *εἰ μηδὲ εἷς ὑμῶν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, δύναται λογίσασθαι, πόσον πολεμεῖτε χρόνον Φιλίππῳ καὶ τί ποιούντων ὑμῶν ὁ χρόνος ἅπας διελήλυθεν οὗτος.* paullo infra: *σχεδὸν ταῦτα ἅπερ νυνὶ ποιούντων ἅπας ὁ χρόνος διελήλυθεν.* Quae omnia Philochoro plane contraria essent, si orationem nostram loco primo migrare vellemus.

Praeterea quaerendum est, quid huc faciant loci illi nobilissimi p. **19.** sqq. p. **22.** sqq., quibus orator Philippi mores atque ingenium explicat, recensendo primum, quanta ille in Athenienses ipsos, tum, quanta in ceteras Graeciae civitates cum summa perfidia malitiaque perpetraverit, docendo denique, quantum etiam suorum ac domesticorum probissimum quemque a se abalienarit, unum tantum genus sibi deditum habeat abiectorum, improborum, ipsius maxime similium. Qua in re cum exacerbare suos, tum voluit ostendere, qua Philippus contemptione dignus esset. Etiam hinc habes, quod hanc primam facias fuisse orationem. Despiciendum enim proponit hostem puniendumque propter malitiam. Atqui ubi ira fastidioque studemus incitare, ibi res nondum eo devenit, ut metu ac terrore ad stimulandum indigeamus. In sequentibus vero orationibus hanc terrorum iniiciendorum artem praetermittendam iam non iudicavit. Est igitur prima haec oratio.

Totius autem orationis in eo cernitur summa ac finis, non ut deliberaretur, essetne ineundum foedus auxiliumque mittendum necne, quippe quo omnis fere civitas iam inclinata fuisset, sed ut persuaderetur civibus, intentis animis strenueque res si gereretur, certo fore, ut eventum haberent dignum atque exoptatum.

Iam vero quum in hac oratione non solum repertum nihil sit, quod, quin ea primum occupet locum, repugnet, sed etiam, quae contra monita fuissent, removisse nobis videamur, immo vero quum omnia ita adornata ac comparata videamus, uti par est in prima haberi, de hac quidem oratione cum Dionysio facere et possumus et debemus.

***

Ac de secunda (III. vulg.) quum omnes in eo consentiant, ut post primam (II. vulg.) sequi debeat, id quod facile cognoscitur ex orationis principio, unde docemur de vindicta a rege petenda cives iamiam cogitasse, disputatio de eius loco ex ipsa pendere non potest, sed ubi de ceteris orationibus iudicium firmatum erit, sponte haec iustum occupabit locum. — Hoc autem non inutile erit monuisse. Quanquam de auxilio misso ne per hanc quidem orationem ulla fit mentio, sed exercitum esse profectum e locorum quorundam habitu suspicari tantum licet, tamen Philochori adversarii ipsi, inter quos etiam Libanium et Scholiastem referas, quatenus illi rationem diversam amplexi sunt, tum Lucchesinius, Rüdigerus, Beckerus ante hanc quidem orationem copias nonnullas Olynthum missas esse concedunt. Non inepte ergo etiam ante orationem tertiam, quum in ea nec plura nec pauciora verba de auxilio antea misso fiant quam in secunda, exercitum profectum esse cum Philochoro statuere licet.

Reliquum est, ut videamus de tertia, quae vulgo prima habetur.

Atque si tertia haec est, necessarium videtur, ut, quo magis de bello strenue gerendo deque obstaculis removendis cogitare cives neglexerint, eo maiore orator hyperbole utatur, qua et suorum pigritiam castiget et, qui metus, quae spes supersit, copiosius quidem, sed acrius etiam exponat; viam deinde ac rationem, qua bellum gerendum sit quibusve opibus sustinendum, accuratius ostendat. Qua in re si quae nova habuit, larga quidem et expressa commemoratione opus erat, brevi tantum admonitione, si quae fusius iam prius fuissent demonstrata. In consiliis denique de bello gerendo explicandis ad singula quaeque magis descendentem oratorem quam in prioribus videbimus.

Atqui de belli quidem progressu quanquam difficile est statuere, quum praesertim haec tertia non in enarrando, sed in exhortando tota versetur, haec tamen dixisse non poenitebit, deferbuisse iam illud, quod ad primam Olynthiorum legationem exarsisset, spe victoriae lenta bellandi studium; perspectum fuisse, magnis sumptibus quam nihil effectum fuerit; intellectum a plerisque multo et a pecunia et a militum genere impensius rem esse gerendam; rogatum vehementer ab Olynthiis, nondum quidem obsidione pressis, sed Chalcidensium iam postque illos suae ipsorum

urbis expugnationem metuentibus, ut ne desererentur, ut succurreretur tandem sibi, quo solo militum genere servari possent, civili Atheniensium exercitu, quam nullus neque a Charete, quem re infecta gloriantem Athenas reversum constat, neque a Charidemo, fortasse et ipso in Hellespontum, unde subvenerat, revecto, datus esset effectus; deinde vero tumultuatam ac perturbatam fuisse Athenis multitudinem, dissuadentibus aliis belli continuationem, non nolentibus quidem aliis, sed dubitantibus de fortuna, militiam ac pecuniam detrectantibus, haesitantibus cunctis et Charidemi saltem expeditione civitatem defunctam esse ratis; hunc tum rerum statum fuisse si suspiceris, multum te falli non est credibile. Tum vero Demosthenem fac surrexisse. Ecquid in te residebit dubitationis, quae a Beckero iniecta est, quin ille recte atque ad rem accommodate ingressus sit in orationem ita: „Prae multis divitiis vos, Athenienses, electuros esse credo, si liceat, certam solidamque cognitionem eorum, quae post aliquando ex his rebus civitati profutura sint. Quapropter (ut in rebus, quae praeter exspectationem vestram ita ceciderint et in quibus cunctationis nihil detur) attente vos non poenitebit audivisse, si cui etiam extemplo aliquid utile invenire contigerit.“ In hac ita comparata ingressione quid parum aptum sit, quod in oratione tertia habeatur, videre me nego.

Demosthenis autem consilii multitudini pacem fortasse desideranti profecto necopinati summa haec est, ut ne occasionem oblatam praetermittant, uti pecuniam conferant, duplici, altero Macedoniam invasuro, Olynthum defensuro altero, exercitu cives ipsi proficiscantur, itaque rem quasi prorsus novam suscipiant. Quo fit, ut ab oratore neminem lacessente, nemini quidquam exprobrante, incumbente in hoc unum, ut strenue sine mora res geratur, nulla praeteritorum expressis quidem verbis fiat mentio, sed levis quaedam ac modesta notatio, velut p. 9. extr. καὶ μὴ πάθητε ταὐτὸν ὅπερ καὶ πρότερον. p. 13. τί οὖν, ἄν τις εἴποι, ταῦτα λέγεις ἡμῖν νῦν; Ἵνα γνῶτε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ αἴσθησθε ἀμφότερα, καὶ τὸ προΐεσθαι καθ' ἕκαστον ἀεί τι τῶν πραγμάτων ὡς ἀλυσιτελές κ. τ. λ. Tantam enim hyperbolen orator sibi non permittit, ut Athenienses auxilium tulisse omnino neget; hoc tantum dicit, cives sua vix tueri, Philippum autem, nisi nova acquirat, pro nihilo habere ea, quae possideat. Nam vide, quam lepide Demosthenes restinguens civium invidiam, con-

cedendo esse quaedam, quae gesserint, hoc acerbius eos vituperet. Etenim in verba: εἰ δ' ὁ μὲν, ὡς ἀεί τι μεῖζον τῶν ὑπαρχόντων δεῖ πράττειν, ἐγνωκὼς ἔσται, ὑμεῖς δὲ, ὡς οὐδενὸς ἀντιληπτέον — τῶν πραγμάτων, inserit illud ἐῤῥωμένως, quo concedit eos rem quidem aggressos esse missis contra Philippum auxiliis, sed iis talibus, unde sperari nihil omnino potuerit. Addo etiam de hoc loco Weiskii verba P. III. p. 32. „Demosthenes dum mitti tandem auxilia iubet, his more oratorio significat pro nullis habenda esse quae adhuc miserint.“

Suspensum de huius orationis collocatione iudicium habemus etiam e modo ac ratione vel spei vel periculi, quod iam superesse orator ostendit. Atqui periculum ei in dies crescere videtur. p. 12. εἰ δὲ προησόμεθα, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ τούτους τοὺς ἀνθρώπους (τοὺς Ὀλυνθίους), εἶτ' Ὄλυνθον ἐκεῖνος καταστρέψεται, φρασάτω τις ἐμοὶ, τί τὸ κωλῦον ἔτ' αὐτὸν ἔσται βαδίζειν ὅποι βούλεται; — Athenas ipsas eum aggressurum significat, monente etiam Rüdigero. Hoc vero metu in reliquis duabus suos nondum territaverat. Iam quam perverse rem instituisset, si periculum summum ab initio (in prima) monstrasset, postea, ubi et res et legati urgebant, silere voluisset. Egregie etiam, si Charetis primam et Charidemi memineris expeditionem, in tertia legitur p. 14.: εἴτε γὰρ ὑμῶν τὴν ἐκείνου κακῶς ποιούντων ὑπομείνας τοῦτο Ὄλυνθον παραστήσεται, ῥᾳδίως ἐπὶ τὴν οἰκείαν ἐλθὼν ἀμυνεῖται· εἴτε βοηθησάντων μόνον ὑμῶν εἰς Ὄλυνθον ἀκινδύνως ὁρῶν ἔχοντα τὰ οἴκοι προςκαθεδεῖται καὶ προςεδρεύσει τοῖς πράγμασι, περιέσται τῷ χρόνῳ τῶν πολιορκουμένων. Cf. etiam sub orat. fin. p. 16., ubi optionem dari dicit Atheniensibus bellandi vel in sua patria, vel in Olynthiorum finibus.

Eodem redeunt illi loci, quibus quid sperandum iam Atheniensibus, Philippo quid metuendum sit, proponitur. In quibus etiam minora quaedam nec satis gravia verbis exaggerat atque amplificat, ut solemus apud eos, qui sperare iamiam desinere videntur. Quis enim Philippum perturbatum fuisse credet, cum Charetis istius et Charidemi Olynthiis succurrerent mercenarii? Aut quis Philippum sollicitatum putabit Olynthiorum potentia, quos ultro aggressus esset quosque sibi aut subiicere aut perdere decrevisset? aut timuisse Thessalos, non armis illos, sed verbis res repetentes? Et sunt tamen haec Demosthenis verba: p. 15. οὔτ' ἂν

ἐξήνεγκε τὸν πόλεμόν ποτε τουτον ἐκεῖνος, εἰ πολεμεῖν ᾠήθη δεήσειν αὐτόν, ἀλλ' ὡς ἐπιὼν ἅπαντα τότε ἤλπιζε τὰ πράγματα ἀναιρήσεσθαι, κᾆτα διέψευσται. τοῦτο δὴ πρῶτον αὐτὸν ταράττει παρὰ γνώμην γεγονὸς καὶ πολλὴν ἀθυμίαν αὐτῷ παρέχει, εἶτα τὰ τῶν Θετταλῶν. Cuius generis commenta, quibus suos erigere studuerit, in tertia eum protulisse quam in prima verisimilius est. Deinde vero haud obscure auxilium ab Atheniensibus iam latum significatur verbis τοῦτο ταράττει αὐτόν. Nam τοῦτο non solum ad ea refero, quae Olynthii, sed etiam ad ea, quae Athenienses hoc bello contra eum moliti erant. Olynthios enim solos bello contra Macedonem sustinendo pares esse orator dicere non poterat. Nunc autem coniuncta Olynthiorum et Atheniensium arma timere Philippum consentaneum erat, quum ita bellum praeter exspectationem duci videret.

Veniendum iam locorum eo, ubi de belli gerendi ratione et consilio disseruit. Nam cum ea, quae civibus commendaverat, neglecta vidisset, et propter consilii inopiam male gesta ea, quae suscepissent, ipse tandem viam consiliumque verum aperire voluit.

In III. p. 16. haec habemus: Δεῖ τοίνυν ὑμᾶς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὴν ἀκαιρίαν τὴν ἐκείνου καιρὸν ὑμέτερον νομίσαντας ἑτοίμως συνάρασθαι τὰ πράγματα, καὶ πρεσβευομένους ἐφ' ἃ δεῖ κ. τ. λ. — Num sciebant, ad quos legati mittendi essent? — Scil. ad Olynthios sciebant ex hac ipsa oratione p. 10. pr. Sed cum civitates plures significasse ipse videtur, ubi ἐφ' ἃ δεῖ dixit, tum ad plures mitti iubebat Atheniensium Graeciaeque totius status. Ipsum vero oratorem gravissimi momenti rem omisisse, aut nutu tantum significasse, num credibile est? Falso enim Beckerus p. 194. de legationibus ad ceteras quoque Graecorum civitates mittendis Demosthenem p. 15. l. 15. Reisk. agere contendit. Neque enim aliud ibi legitur, praeterquam infirma conditione Philippi cum Thessalis iunctam amicitiam niti, ut adeo versam in inimicitiam dicere aliquis possit. Deinde p. 16. exhortatur suos, ut omnibus illis regis incommodis in suam rem abuti legatosque mittere velint ἐφ' ἃ δεῖ. Poterat quidem aliquis paullo prudentior hinc coniicere de legatione ad Thessalos quoque sermonem esse; quid vero ceteri? — His non nisi in universum ad maiorem industriam excitare orator videri poterat legatosque Olynthum suadere iterum

mittendos, qui cum foedus confirmarent, tum novi adventum auxilii nuntiarent. Illud ergo restat difficillimum, quod sententiam orator imperfectam ita quidem protulisset. Verum si prius eadem de re consilium aperientem nostrum audiverint, nonne haec ἐφ' ἃ δεῖ intellectui satisfecerunt? Et profecto in prima p. 21. iusserat πρὸς δὲ Θετταλοὺς πρεσβείαν πέμπειν, ἣ τοὺς μὲν διδάξει ταῦτα, τοὺς δὲ παροξυνεῖ. Hinc pulchre omnia procedunt: nam etiam hoc loco causam, cur illa suadeat, eam addit, quod Thessalos Philippo infestos esse sciat. In tertia cum idem fere dixisset, legatos mitti iubet ἐφ' ἃ δεῖ. Non ergo hoc in tertia potuit intelligi, nisi praemissa illa, quae prima est Dionysio.

Porro quum in secunda orator p. 21. legem eam, qua τὰ στρατιωτικὰ Eubulus cum suis in θεωρικὰ mutari iusserat, quamque poena capitali constituta de eo, qui abrogare auderet, sacratam dicas, abrogari debere dicat et contendat ab eiusdem latoribus suasoribusque, in tertia autem p. 14. cum haec habeamus: ἔστι χρήματα ὑμῖν, ὅσα οὐδενὶ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων στρατιωτικά, et paullo post: τί οὖν, ἄν τις εἴποι, σὺ γράφεις ταῦτ' εἶναι στρατιωτικά; Μὰ Δί' οὐκ ἔγωγε, adiiciatque, si illis, quae proprie essent στρατιωτικά, ad bellum uti nolint, reliquum esse, ut ipsi cives pro suis quisque opibus conferant; hinc, dico, Beckerus p. 126. se invenisse existimat rationem, qua ordinem vulgatum restitueret. Nam quum antea (in III. Dion.) caute tantum adeoque timide de Eubuli lege abroganda mentionem fecerit, se vero eam abrogandam ferre negaverit, par esse Demosthenem postea (in II. D.) de modo, quo abrogari deberet, verbis expressis aperuisse sententiam. — Quod argumentum, speciosum sane, si a Dionysio te paene distraxerit, recordare, quaeso, mecum illorum temporum mores ac consuetudinem, plebeculam inopem, spectaculorum voluptatibus assuefactam, legis nostrae latoribus, popularibus videlicet hominibus, mirifice deditam, suspicere ac succensere solitam, si quem de iure populari quidquam deminuere putaret. Existima deinde non promptos fuisse legis latores ad eandem abrogandam, quod cum periculosum, tum apud plebem erat ingratissimum, immo vero ab ipsis illis nostrum, quum in secunda (D.) abrogandam suasisset, vel palam vel secreto in suspicionem vocatum; nonne tibi aptissime et ad evitandam invidiam accuratissime ita egisse videbitur: „quid vero? tune hanc pecuniam in usum bellicum convertendam ferre conaris? — Minime ego vero,

sed belli sumptus video tolerandos esse. Vos igitur, qui pecunia illa ad voluptatem vestram abuti malitis, reliquum est, ut conferatis quantum imperaverit necessitas.“ Vides igitur esse quo Dionysium etiam ab hoc vindicemus impetu. Pone praeterea non esse tertiam orationem nostram, sed primam, eam vero, quae Dionysio secunda est, esse tertiam, ut vulgo volunt. Iam quum in oratione tertia τὰ θεωρικὰ in στρατιωτικὰ mutari iterum iubeat, sequitur, ut Athenienses ad Demosthenis consilium de pecuniis recte adhibendis, quod in oratione prima dederat, ante secundam quidem parum attenderint. Attamen in oratione secunda (I. D.) de re tam gravi tamque necessaria ne verbum quidem, sed in universum εἰςφέρετε. Iam, quum post orationem primam Charetis auspiciis nihil effectum esset, quomodo orator id, quod inter prima rei adminicula esse iudicabat, in oratione secunda praeterire poterat et reservare in futuram aliquam, ergo in concionem, si Diis placet, tertiam, iam cum non procrastinandum, sed in tempore agendum esset? Propter id ipsum vulgatus orationum ordo laborat. — Coniunctum est cum argumentatione nostra, qua de re Rüdigerus quoque videtur monere voluisse, quod in oratione tertia res brevius vehementiusque tractatur, in secunda vero fuse lateque de re tam gravi agitur. Inde demum intelligitur, cur in tertia tam brevi esse ei licuerit.

Quod reliquum est, quum variae orationum occasiones ipsae postulent, ut consilia de bello gerendo Demosthenes pro vario rerum statu mutaverit, videamus etiam de loco Ol. III. p. 14., ubi duplici exercitu, altero invasuro Macedoniam, Olynthum defensuro altero, bellum suscipiendum esse non inepta ratione ostendit. Quae si conferas cum iis, quae sub huius orationis finem p. 16. non obiter tantum breviterque (ut fit in Phil. I. p. 54.), sed gravissime ac timentis ad instar non sine causa iacit serio: Ἔτι τοίνυν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, μηδὲ τοῦθ' ὑμᾶς λανθανέτω, ὅτι νῦν αἵρεσίς ἐστιν ὑμῖν, πότερ' ὑμᾶς ἐκεῖ χρὴ πολεμεῖν, ἢ παρ' ὑμῖν ἐκεῖνον κ. τ. λ., ut bellum e Macedonia in Atticam iam ingruens cernere videatur, non profecto putabis nimium postulaturum fuisse oratorem a civibus primum Charetis, deinde Charidemi expeditione nimirum affatim multatis. Quid enim patriae salute maius est? — Haec autem etiam si demus in prima dici potuisse, quae Beckeri sententia est, tamen, si diiudicatio fiat, utrum in prima an in tertia melius atque utilius ad effectum se habeant, te quoque no-

biseam, benevole lector, suffragium hoc laturum existimo, ut, in qua oratione haec legantur, eam tertiam esse iubeas.

Iam vero cum nihil argumentorum contra Dionysium prolatorum invictum reliquisse, plurima autem aut vero omnia pro eo pugnantia reperisse videamur, Dionysianam orationum nostrarum collocationem satis vindicatam esse iudicamus.

DEMOSTHENIS

ORATIONES SELECTAE.

DE VITA DEMOSTHENIS,
DUCE PLUTARCHO,
ET
ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΧΑΡΑΚΤΗΡΟΣ ΤΗΣ ΛΕΞΕΩΣ.

Demosthenes natus est Ol. XCVIII. 4., ante Christum 385. (cf. Fr. A. Wolfius Prolegg. in Lept. p. LXII. s. n. 35.). Patrem amisit septem annos natus. Pater reliquit opes satis amplas quatuordecim fere talentorum (amplius 18000 Thaler), quas tutorum fraudulenta cupiditas ad nihilum fere redigebat. Quid? quod ne ea quidem perfidia abstinebant prorsus negligendi pueri educationem, ita ut *διδασκάλιον* ei negarent.

Verum enim vero liberale ingenium non opprimitur, sed vincit quaecunque obstant, quo maiore cum labore, eo feliciore successu. Quod si recusabant tutores eas mille drachmas, quae Isocrati pro disciplina numerandae erant, dictata amici ex Isocratis schola, quanquam aegre, sufficiebant; et in Isaeo mox nactus est exemplum, cuius nervi ac vigor magis ei conveniebant quam Isocratis delicata facundia. Nervosissima quaeque ingenia maxime adamabat Demosthenes. Sic octies sua manu Thucydidem descripsisse dicitur; nec dubito, quin studium horum principum historiae et eloquentiae sanas mentes ad sententiarum et verborum robur sit adducturum. Quanquam in rerum tractandarum modo dissimiles sint, ratio tamen et oratio eadem in utroque viget. „Sein Vorbild, inquit Fr. Iacobs [1]), war Thucydides, und obgleich sehr verschieden

[1]) Staatsreden, Vorrede S. XVIII.

in Styl und Sprache, führte er den Geist und die Sinnesart dieses Trefflichen auf die Rednerbühne; so dafs der gegenwärtige Stoff eine Seele aus der alten Zeit geliehen zu haben schien, und eine antike Würde in Gedanken, Ausdrücken und Rhythmus waltete."

Neglecta Demosthenis educatio maxime conspiciebatur in eo, quod ipsi deerat externa eloquentia. Vox eius erat imbecilla nec par longioribus periodis. Hinc excidit in concione, quum primum faceret periculum, et deiiciebatur de rostris. Satyrus, histrionum praestantissimus, in cuius gremium adolescens indignationem de contumelia quam passus erat effundebat, caussam eum edocuit, cur res tam male ceciderit. Iussit eum locos Sophoclis et Euripidis recitare, eosdemque dein ipse recitabat, perfectus artifex.

Iam intelligens, quid ipsi deficeret, ei imprimis rei studere coepit, quam Graeci ὑπόκρισιν, Romani actionem, Germani Vortrag vocant, quae, si magistrum Ciceronem [2]) sequamur, motu corporis, quae gestu, quae vultu, quae vocis conformatione ac varietate moderanda est. Huic cum summa virium contentione et assiduitate operam dabat. In suas se aedes inclusit, et ne exeundi libidine abriperetur, caput sibi radendum curavit: qui habitus servorum erat [3]). In conclavi proprie ad hunc usum exstructo subterraneo omne tempus huic studio impendebat, et ut dedisceret indecoram humerorum palpitationem, gladium nudatis humeris impendit, ita ut acies palpitantes pungeret; et quum litteram RHO dicere nequiret, exercitatione effecit, ut planissime diceret; postea etiam in littore maris ambulans declamabat, ut strepitum claritate vocis vinceret; montem ascendens et descendens recitabat; et in victu cultuque medicorum praecepta de corpore roborando diligenter sequebatur. Sic reddebat infirmum corpus robustum, et se finxit oratorem in concione populi.

Quam viam ingressus sit, ut orationem ipsam tam subtiliter et nervose elaboraret, valde dolendum est, quod accurata nobis desit eius studiorum cognitio. Ingeniosus enim homo novam sibi aperit viam; quam apertam etiam alii diligentes inire possunt. Ut

---

[2]) de Oratore I. 5, 18.

[3]) Alii tradunt Demosthenem dimidiam tantum capitis sibi rasisse partem.

vero ingeniosissimi oratoris indolem cognoscatis, Commilitones, duorum praestantissimorum virorum iudicia enarrabo, Dionysii Halicarnassensis, subtilis et humani critici, et Reinhardi nostri, quo oratore iure gloriatur ecclesia Christiana; quibus addam denique quae Fr. Iacobs in praefatione iam laudata de eadem re exposuit. Dionysius singularem librum scripsit περὶ τῆς λεκτικῆς Δημοσθένους δεινότητος, qui legitur Tom. VI. editionis Reisk. p. 953 — 1129. ex quo nonnulla excerpam.

P. 1021. s. "Οταν μέν τινα τῶν Ἰσοκράτους ἀναγινώσκω λόγων, — — σπουδαῖος [4]) γίνομαι, καὶ πολὺ τὸ εὐσταθὲς [5]) ἔχω τῆς γνώμης· — — ὅταν δὲ Δημοσθένους τινὰ λάβω λόγον, ἐνθουσιῶ τε καὶ δεῦρο κἀκεῖσε ἄγομαι, πάθος ἕτερον ἐξ ἑτέρου μεταλαμβάνων, ἀπιστῶν, ἀγωνιῶν, δεδιώς, καταφρονῶν, μισῶν, ἐλεῶν, εὐνοῶν, ὀργιζόμενος, φθονῶν, ἅπαντα τὰ πάθη μεταλαμβάνων, ὅσα κρατεῖν ἀνθρωπίνης γνώμης· — — καὶ δή ποτε καὶ ἐνεθυμήθην, τί ποτε τοὺς τότ' ἀνθρώπους ἀκούοντας αὐτοῦ λέγοντος ταῦτα πάσχειν εἰκὸς ἦν.

P. 1066. s. Πολλή τις ἐγένετο ἐν τοῖς ἀρχαίοις ἐπιθυμία καὶ πρόνοια τοῦ καλῶς ἁρμόττειν τὰ ὀνόματα ἔν τε μέτροις καὶ δίχα μέτρων· καὶ πάντες, οἳ σπουδαίας ἐβουλήθησαν ἐξενεγκεῖν γραφάς [6]), οὐ μόνον ἐζήτησαν ὀνομάσαι τὰ νοήματα καλῶς, ἀλλὰ καὶ αὐτὰ εὐκόσμῳ συνθέσει περιλαβεῖν· πλὴν οὐ τὴν αὐτήν γε πάντες ἐπετήδευσαν ἁρμονίαν· ὥστ' οὐδὲ κατὰ τὰς αὐτὰς ἦλθον ἅπαντες ὁδούς. τούτου δ' αἰτίας οἴομαι γενέσθαι πολλάς· πρῶτον μὲν τὴν ἑκάστου φύσιν, ᾗ ἄλλοι πρὸς ἄλλα πεφύκαμεν εὖ· δευτέραν δὲ τὴν ἐκ λόγου καὶ προαιρέσεως [7]) ἐμφυομένην δόξαν, δι' ἣν τὰ μὲν ἀσπαζόμεθα, τοῖς δ' ἀπεχθόμεθα· τρίτην δὲ τὴν ἐκ συνηθείας

---

4) σπουδαῖος serius, gravis, de homine, qui cogitationem in rem intendit.

5) τὸ εὐσταθές sententiam firmam, constantem, permanentem significat, quae non variat nec ex alio rationis et orationis modo in alium evagatur.

6) γραφαί h. l. sensu generali de scriptis s. orationibus publicis positum videtur.

7) προαίρεσις ratio sentiendi et agendi in republica, v. c. si quis populi vel optimatum partes sequatur.

χρονίου κατασκευαζομένης ὑπόληψιν[8]), ὡς σπουδῆς ἀξίων ὧν ἂν ἐθισμοὺς λάβωμεν· τετάρτην ἔτι τὴν πρὸς οὓς ἂν φιλοτιμούμενοι τυγχάνωμεν, ὁποῖ' ἄττα ἂν ἐκεῖνοι ζηλῶσιν, ἀναφοράν τε καὶ μίμησιν[9]). ἔχοι δ' ἄν τις καὶ ἄλλα λέγειν. ἀλλὰ ἐγὼ τὰ φανερώτατα εἰπὼν ἐῶ τὰ λοιπά· ὅθεν οἱ μὲν τὴν εὐσταθῆ καὶ βαρεῖαν[10]) καὶ αὐστηρὰν καὶ φιλάρχαιον καὶ σεμνὴν καὶ φεύγουσαν ἅπαν τὸ κομψὸν ἐπιτηδεύουσιν ἁρμονίαν· οἱ δὲ τὴν γλαφυρὰν καὶ λιγυρὰν καὶ θεατρικὴν καὶ πολὺ τὸ κομψὸν καὶ αἱμύλον ἀποφαίνουσαν, ᾗ πανηγύρεις τε κηλοῦνται καὶ ὁ συμφορητὸς ὄχλος. οἱ δέ, συνθέντες ἀφ' ἑκατέρας χρησιμωτάτην, μικτὴν καὶ μέσην ἐζήλωσαν ἀγωγήν.

P. 1082. s. Τῆς δὲ τρίτης ἁρμονίας, ἣν ἔφην μικτὴν ἐξ ἀμφοῖν εἶναι, τὰ χρησιμώτατα ἐκλέγουσαν ἀφ' ἑκατέρας, οὐδείς ἐστι χαρακτὴρ ἴδιος· ἀλλ' ὡς ἂν οἱ μετιόντες αὐτὴν προαιρέσεως ἔχωσιν ἢ δυνάμεως τὰ μὲν φυγεῖν, τὰ δὲ λαβεῖν, οὕτως κίρνανται, καθάπερ ἐν τῇ ζωγραφίᾳ τὰ μίγματα. Ταύτης τῆς ἁρμονίας κράτιστος μὲν ἐγένετο κανὼν ὁ ποιητὴς Ὅμηρος καὶ οὐκ ἂν τις εἴποι λέξιν ἄμεινον ἡρμοσμένην τῆς ἐκείνου πρὸς ἄμφω ταῦτα· λέγω δὲ

---

8) ἡ ἐκ συνηθείας χρονίου κατασκευαζομένη ὑπόληψις: opinio ex longi temporis consuetudine concepta.

9) ἀναφορά τε καὶ μίμησις. Utrumque eandem notionem habet. Possis vertere ut et exprimamus et imitemur quos aemulamur.

10) βαρεῖα καὶ φιλάρχαιος ἁρμονία est, quam Cicero de Orat. III. 38, 153. grandem et antiquam orationem appellat, qualis erat Thucydidis. Nos Germani dicere possumus: qualis est Ioannis Mülleri, quo viro gloriantur Helvetii. Αὐστηρά, quam austeram vocat Quintilianus Institt. IX. 4, 128. Consistit ea in vocabulorum iunctura, et pes, qui vocatur dochmius ∪ – – ∪ –, in austeris numeratur. Σεμνή respicit orationis oeconomiam et dispositionem, et verba, in quibus pronuntiandis opus est ore apertiore. Habemus etiam praedicatum negativum φεύγουσα ἅπαν τὸ κομψόν. Κομψόν h. l. de nimia et adscititia venustate. Vocabulum est medium, de quo exponit vir sobria eruditione excellens, David Ruhnkenius ad Timaeum p. 161. s. Γλαφυρά polita, ratione tum sententiarum tum verborum, urbana et elegans. Λιγυρά canora, de pronuntiandi modulandique iucunda varietate, apta argumento, affectui et consilio dicentis. Θεατρική spectat ornatum poeticum, fabulis episodisque ad ostentationem compositis. Αἱμύλος blandus et blanditiis decipiens.

τήν τε ἡδονὴν καὶ τὸ σεμνόν. ἐζήλωσαν δ' αὐτὸν ἐπῶν τε πολλοὶ ποιηταὶ καὶ μελῶν, ἔτι δὲ τραγῳδίας τε καὶ κωμῳδίας· συγγραφεῖς τ' ἀρχαῖοι καὶ φιλόσοφοι καὶ ῥήτορες· ὧν ἁπάντων μεμνῆσθαι πολὺ ἂν ἔργον εἴη. ἀρκέσει δὲ τῶν ἐν λόγοις δυναστευσάντων, οὓς ἐγὼ κρατίστους εἶναι πείθομαι, δύο παρασχέσθαι μόνους· συγγραφέων μὲν Ἡρόδοτον, φιλοσόφων δὲ Πλάτωνα. καὶ γὰρ ἀξίωμα [11]) καὶ χάρις αὐτῶν ἐπιτρέχει ταῖς ἁρμονίαις. — — P. 1087. Ταῦτα — διῆλθον, ἵν', ἐπειδὰν ἀποφαίνωμαι γνώμην, ὅτι τὴν μέσην τε καὶ μικτὴν ἁρμονίαν ἐπετήδευσεν ὁ Δημοσθένης, μηδεὶς ὑποτυγχάνῃ μοι, ταῦτα λέγων· Αἱ γὰρ ἄκραι τίνες εἰσὶν ἁρμονίαι; καὶ τίς αὐτῶν ἑκατέρας φύσις; καὶ τίς ἡ μίξις ἢ ἡ κρᾶσις αὐτῶν; οὐδὲν γὰρ δεῖ τῶν ἄκρων [12]). — — Δεδειγμένης δή μοι τῆς διαιρέσεως τοῦ ῥήτορος ταύτης, ἤδη τις παρ' ἑαυτῷ σκοπείτω τὰ λεχθέντα, ὅτι τοιαῦτ' ἔστιν, ἐνθυμούμενος μὲν ὅσα σεμνῶς κατεσκεύαστο τῷ ἀνδρὶ καὶ αὐστηρῶς καὶ ἀξιωματικῶς· ἐνθυμούμενος δὲ ὅσα τερπνῶς καὶ ἡδέως. εἰ δὲ κἀνταῦθα δόξει τι δεῖν ἢ πίστις ἀποδείξεως, ὅντινα βούλεται τῶν λόγων αὐτοῦ προχειρισάμενος, καὶ ἀφ' οὗ βούλεται μέρους ἀρξάμενος καταβαινέτω τε καὶ σκοπείτω τῶν λεγομένων ἕκαστον, εἰ τὰ μὲν ἀναβεβλημένας [13]) ἔχει τὰς ἁρμονίας καὶ διεστώσας, τὰ δὲ προσκολλώσας καὶ συμπεπυκνωμένας· καὶ τὰ μὲν ἀποτραχύνει τε καὶ πικραίνει τὴν ἀκοήν, τὰ δὲ πραΰνει καὶ λεαίνει· καὶ τὰ μὲν εἰς πάθος [14]) ἐκτρέπει τοὺς ἀκούοντας, τὰ δ' εἰς ἦθος ὑπάγεται, τὰ δὲ ἄλλας τινὰς ἐργάζεται καὶ πολλὰς διαφορὰς παρ' αὐτὴν τὴν σύνθεσιν, οἷά ἐστι ταυτί· (χρήσομαι δὲ παραδείγμασιν οὐκ ἐξ ἐπιτηδεύσεως, ἀλλ' οἷς ἐνέτυχον, ἐξ ἑνὸς τῶν Φιλιππικῶν λαβών) „Εἰ

---

11) ἀξίωμα dignitas, quae si gradum excedit, fit ὄγκος, tumor; hic autem esse eam, quae fugit rusticitatem, patet ex adiecto χάρις, quae est gratia, venustas: dignitas cum venustate coniuncta.

12) τῶν ἄκρων. Ἄκρα καὶ ὑπερτεταμένα coniungit Longinus X. 1.

13) ἀναβεβλημένας ἁρμονίας. compositionem per periodos dilatatam. H. l. adiungitur διεστώσας, quae moram habent elocutionis; et opponuntur προσκολλώσας καὶ συμπεπυκνωμένας, quae est pressa et contracta, aliena ab ubertate, copia et laetiore cultu compositio.

14) πάθος — ἦθος affectus vehementiores — molliores et sedatiores, qui dulciores etiam Quintiliano dicuntur Institt. X. 1, 101.

δέ τις ὑμῶν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὸν Φίλιππον εὐτυχοῦντα ὁρῶν, ταύτῃ φοβερὸν προσπολεμῆσαι νομίζει, σώφρονος μὲν ἀνθρώπου προνοίᾳ χρῆται· μεγάλη γὰρ ῥοπή, μᾶλλον δὲ ὅλον ἡ τύχη παρὰ πάντ' ἐστὶ τὰ τῶν ἀνθρώπων πράγματα. οὐ μὴν ἀλλ' ἔγωγε, εἴ τις αἵρεσίν μοι δοίη, τὴν τῆς ἡμετέρας πόλεως τύχην ἂν ἑλοίμην, ἐθελόντων ἃ προσήκει ποιεῖν ὑμῶν καὶ κατὰ μικρόν, ἢ τὴν ἐκείνου." Ἐν ταῖς τρισὶ περιόδοις ταύταις τὰ μὲν ἄλλα ὀνόματα πάντα εὐφώνως τε σύγκειται καὶ ἡδέως τῷ σφόδρα συγκεῖσθαι [15]) καὶ μαλακὰς αὐτῶν εἶναι τὰς ἁρμονίας· ὀλίγα δ' ἐστὶ παντάπασιν ἃ διίστησι τὰς ἁρμονίας καὶ τραχείας φαίνεσθαι ποιεῖ αὐτάς. ἐν μὲν τῇ πρώτῃ περιόδῳ κατὰ δύο τρόπους τὰ φωνήεντα συγκρουόμενα [16]), ἔν τε τῷ „Ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι" καὶ ἐν τῷ „Εὐτυχοῦντα ὁρῶν" ἃ καὶ διίστησι τὸ συναφές. καὶ κατ' ἄλλους δύο τρόπους ἢ τρεῖς τὰ ἡμίφωνα παραπίπτοντα ἀλλήλοις τὰ φύσιν οὐκ ἔχοντα [17]) συναλείφεσθαι, ἔν τε τῷ „Τὸν Φίλιππον", καὶ ἐν τῷ „Ταύτῃ φοβερὸν προσπολεμῆσαι", ταράττει τοὺς ἤχους μετρίως καὶ οὐκ ἐᾷ φαίνεσθαι μαλακούς. ἐν δὲ τῇ δευτέρᾳ περιόδῳ τραχύνεται μὲν ἡ σύνθεσις ἐν τῷ „Μεγάλη γὰρ ῥοπή" διὰ τὸ μὴ συναλείφεσθαι τὰ δύο ρρ· καὶ ἐν τῷ „Ἀνθρώπων πράγματα" διὰ τὸ μὴ συλλεαίνεσθαι τῷ ἑξῆς· διασπᾶται δ' ἐν τῷ „Μᾶλλον δὲ ὅλον ἡ τύχη," βραχέων φωνηέντων πολὺν τὸν μεταξὺ χρόνον περιλαμβανόντων. ἐν δὲ τῇ τρίτῃ περιόδῳ τὰ φωνήεντα μέν, εἴ τις αὐτὰ βούλοιτο συναλείψας ἐκθλίβειν, ὥσπερ τὸ „Οἴομαι" καὶ „Δέον," οὐκ ἂν εὕροις συμπλεκόμενα ἀλλήλοις. τῶν δὲ συμφωνουμένων δυσὶν ἢ τρισὶν χωρίοις τὴν λειότητα μὴ φυλάττουσαι συντυπαιμένοις [18]) εὑρεθήσονται, ἐν τῷ „Αἵρεσίν μοι δοίη" καὶ ἐν τῷ „Τῆς ἡμετέρας πόλεως." μέχρι μὲν δὴ τῶν ἡ δευτέρα τὰ πρωτεῖα ἁρμονίᾳ φέρει. ἐν δὲ τοῖς ἑξῆς ἡ προτέρα μᾶλλον διέσπα-

---

15) τῷ σφόδρα συγκεῖσθαι. Sylburgius adverbium εὐμελῶς, εὐρύθμως vel simile deesse censet: nisi forte notio insit in ipsa phrasi. [Sic est. Exempla de hoc verbo et similibus, in quibus viri docti haeserunt, attulimus ad Philostrati Imagg. p. 307. sqq. F. I.]

16) συγκρουόμενα de concursu vocalium, qui hiatum efficit. Opponitur in seq. συναλείφεσθαι, elidi.

17) νφ nempe non coniunguntur, sed ν ante litteras labiales transit in μ. Sic nec iunguntur νπ.

18) συντυπαιμένοις. Etiamsi legas συνυφαινόμεναι, tamen ne sic quidem vel structura vel sententia constabit. Videtur enim locus mutilatus esse et corruptus. Sylburgius.

σται τῆς ἑτέρας· „Πολὺ γὰρ πλείους ἀφορμὰς εἰς τὸ τὴν παρὰ τῶν θεῶν εὔνοιαν ἔχειν ὁρῶ ὑμῖν ἐνούσας ἢ ἐκείνῳ. ἀλλ', οἶομαι, καθήμεθα οὐδὲν ποιοῦντες· οὐκ ἔνι δ' αὐτὸν ἀργοῦντα οὐδὲ φίλοις ἐπιτάττειν, μή τί γε θεοῖς." ἐν τούτοις γὰρ δὴ τὰ φωνήεντα συγκρουόμενα δῆλά ἐστι, καὶ τὰ ἡμίφωνα καὶ ἄφωνα. ἐξ ὧν στηριγμούς [19]) τε καὶ ἐγκαθισμοὺς αἱ ἁρμονίαι λαμβάνουσι καὶ τραχύτητας αἱ φωναὶ συχνάς. ἔπειθ' αἱ ταύταις ἐπιβάλλουσι φωνηέντων [20])· καὶ παρὰ τοῦτο ἐπιτρόχαλος αὐτῶν ἐστιν ἡ σύνθεσις. ἀφώνων καὶ ἡμιφώνων συμβολαῖς διαχαραττόμεναι τραχύνουσι τὴν φωνὴν συμμέτρως· καὶ τἄλλα δὲ τὸν αὐτὸν ἅπαντα κατεσκεύασται τρόπον. τί γὰρ δεῖ τὰ πλείω λέγοντα μηκύνειν;

Haec et plura criticus antiquus. Reinhardus autem noster vere, opinor, et sic ut popularium quisque, qui studiose Demosthenem lectitavit, ei assentiatur, iudicavit in libro: Geständnisse, seine Predigten und seine Bildung zum Prediger betreffend p. 52. „Durch Cicero ermuntert, inquit, fing ich endlich an auch die Griechischen Redner und insonderheit den Demosthenes zu lesen; und wie grofs war mein Erstaunen, in dem berühmtesten Redner des ganzen Alterthums einen Mann zu finden, der um seinen Zweck zu erreichen und die gröfsten Wirkungen hervor zu bringen, nie einer Blume, nie eines gesuchten Wortes, nie einer kostbaren auffallenden Redensart, am allerwenigsten poëtischer Prosa bedarf; der vielmehr alles, was er vorzutragen hat, mit dem Ausdrucke sagt, welcher der natürlichste ist, die Sache am richtigsten bezeichnet und sie am treffendsten darstellt; bei dem eben daher keine Spur von Affectation, von Haschen nach Witz, von überraschenden Wendungen und von jener genial sein sollenden Verwegenheit vorkommt, bei der sich Viele so wohl gefallen; der dagegen durch seine männliche, kraftvolle, kein überflüssiges Wort enthaltende Diction die Auf-

19) στηριγμοί tarditas orationis quasi fulcris nixa litteris vel syllabis longis, quae ampliorem tardioremque faciunt orationem, ut ne praecipitata proruat. Dionysius de compos. verb. c. 20. p. 278. Schaef. αἱ μακραὶ συλλαβαὶ στηριγμούς τινας ἔχουσι καὶ ἐγκαθίσματα. Ἐγκαθίσματα vel ἐγκαθισμοί est asperitas orationis, quum vox quasi subsidet.

20) Videtur talis quaepiam requiri lectio: ἔπειτα ταύταις ἐπιβάλλουσι συστολαὶ φωνηέντων seu βραχέα φωνήεντα. Sylburgius.

merksamkeit fesselt; der durch die Stärke der Gedanken, durch die Macht seiner Gründe und durch die Ueberlegenheit, mit der er sie entwickelt, den Verstand gleichsam überwältigt; der endlich durch eine Rede, die in harmonischen, das Ohr füllenden und in sich selbst vollendeten Perioden dahin strömt, alles mit sich fortreifst!" Haec Reinhardus.

Magni etiam est momenti oratoris mores perspectos habere, eius imprimis, cuius praecipuae erant in republica partes. Vir enim probus ut ipse non verborum blanditiis decipi aut abripi, verum virtute duci ac trahi vult, ita nec alios ad improba ducet, sed ad virtutem excitabit.

Demosthenes sincero et integro patriae amore flagrabat, dignus forti Miltiadis aevo. Patria erat ei super omnia. Nihil erat tam grave et onerosum, quod non in causa patriae libenter susciperet. Fundamentum libertatis ponebat in legum aequabilitate et in iis, quae religiosa legum observatione oriuntur, civium virtutibus, quarum prima ipsi erat in omnium salute suam ipsius agnoscere. Abominabatur ignaviam, quae propriam tranquillitatem et utilitatem communi bono anteponit, nec quicquam habebat antiquius quam omnium vires ad omnium salutem excitare, ut omnes honore et opibus fruerentur, et singuli quique eo gloriarentur, cives se esse unius et eiusdem civitatis. Quassatam esse rempublicam non dissimulans, eius ruinae obluctabatur ut heros. Contentionem, qua opus erat, verbis nec augebat nec minuebat. Hic erat, qui Graeciam infirmam, voluptate, molli quiete et sordidis litibus tabescentem tamdiu contra sollertiam, industriam et dolos Philippi defendens servabat, parum curans, quid sibi accideret. „Vor seinem edlen Gemüthe (inquit vir egregius in praefatione versionis iam supra laudatae p. XVI. non minus vere quam eleganter) stand das lebendige Bild des alten Staates, dessen Heldenmuth alle Länder und Meere durchdrungen und überall ewige Denkmale errichtet hatte; und wie die Tropäen des Miltiades dem Themistocles keine Ruhe verstatteten, so fand auch sein Gemüth keine Rast, wenn es nicht die glorreichen Tage Athens wieder aufblühen sähe. Von diesem Wunsche beseelt und mit einem frohen Vertrauen auf angestammte Tugend erfüllt, muthet er seinen Zeitgenossen das Schwerste zu, wenn es das Edelste ist, und entbrennt im Unwillen gegen sie, wenn er sie, ihrer alten Würde vergessend, das Angenehme dem Schönen vorziehen sieht.

Während daher die andern um die Gunst des Volkes buhlten, indem sie ihm das empfahlen, was seiner Bequemlichkeit schmeichelte, stritt er gegen die liebsten Neigungen seiner Zuhörer, und mischte doch dabey den Ernst mit Würde auf eine so wunderbare Weise, daſs er jene liebliche Harmonie hervorbrachte, nach welcher, wie Plutarch sagt, Gott selbst die Welt regiert. So wie sein Sinn, so war auch sein Vortrag ernst und den furchtbaren Grazien geweiht. — — — Er ist streng ohne Härte, feierlich ohne Gravität, mächtig ohne Prahlerei, durchgreifend ohne Ungestüm, natürlich ohne Gemeinheit. — — — Mit solchen Kräften gelang es ihm einige Mal, selbst unter nachtheiligen Umständen, die Gemüthen seiner Mitbürger zu würdigen Entschlieſsungen zu entflammen, und die letzte Vereinigung der Hellenen in der Schlacht bey Chaeronea war das Werk seiner Beredsamkeit. Nun unterlag zwar der Muth Griechenlands der Makedonischen Taktik, aber mit Ehre und Ruhm. Auch bereuten sie ihren Entschluſs nicht, als die Schlacht verloren war, und zürnten ihrem Rathgeber nicht, sondern ertheilten ihm das ehrenvolle Amt, diejenigen öffentlich zu loben, die in diesem letzten Kampfe der Freiheit geblieben waren. So war auch sein eigener Sinn durch dieses Unglück nicht gebrochen oder gebeugt; und noch spät nachher behauptete er, daſs, wenn man auch den unglücklichen Erfolg des Kampfes hätte wissen können, der Staat ihn dennoch hätte übernehmen müssen. Und so ist es in der That. Denn wenn der Untergang unvermeidlich ist, so muſs er wenigstens durch Muth und Entschlossenheit verherrlicht werden.

Eine so feste und ernste Sinnesart zeigte Demosthenes in seinem Leben, wie in seinen Reden. Bis in den Tod blieb er der Sache der Freiheit zugethan, mit unveränderten Grundsätzen und ungeschwächter Gluth, indem er, wie Plutarch sagt, die Staatsverwaltung nach einer einzigen und unveränderten Melodie führte, und in allen seinen Unternehmungen immer denselben Ton beybehielt. So wie ihn als Knaben eine edle Ruhmbegierde auf die gefährliche Bahn geführt hatte, wo er den Tod fand, so war auch in dem ganzen Laufe seines Lebens der Ruhm sein höchstes und erstes Ziel, nach welchem er durch reine Vaterlandsliebe, Aufopferungen und Anstrengungen aller Art unablässig strebte. Diese Gesinnungen legt ihm das ganze Alterthum bey; und gegen dieses Zeugniſs können die unerwiesenen Beschuldigungen einiger Feinde und Neider nicht in Betracht kommen.

Denn diejenigen, welche von Philipp's Gold erkauft, oder durch seine Freundschaft gewonnen, oder durch den Glanz des Makedonischen Reiches geblendet waren — alle diese entsagten nicht nur selbst der Freiheit, und legten sich eine selbst gewählte Knechtschaft auf, sondern verfolgten auch mit der Sinnesart abtrünniger Renegaten die treuen Anhänger und Vertheidiger dessen, was ihr Eigennutz oder ihre Bethörung dem Despotismus zu opfern eilte. Auch diejenigen, welche am redlichsten gesinnet waren, und das Glück des Landes in Erhaltung eines Friedens suchten, welcher verderblicher war als der Krieg, hafsten einen Rathgeber, welcher sie aus ihrem lethargischen Schlummer zu retten suchte, und ihnen zumuthete, sich um die Erhaltung der unschätzbarsten Güter einige Mühe zu geben. Dieser zahlreichen Classe der Erschlafften schien Demosthenes ein Feind des Staates, weil sein grofser Sinn ihnen ein Vorwurf war, und weil er ihnen die Freuden zu mifsgönnen schien, an die sie das Glück ihres ruhmlosen Lebens geknüpft hatten.

ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ

ΚΑΤΑ ΑΦΟΒΟΥ ΕΠΙΤΡΟΠΗΣ ΛΟΓΟΣ Α.

PROOEMIUM.

Iure cui mandatum est quasdam ex Demosthene deligere orationes deliget eas, quas primas adolescentulus viginti nondum annos natus in sua ipsius re habuit, quae sunt ex genere iudiciali. Spectant eae tutores, a patre nominatos, ut rem familiarem religiose curarent, totam familiam honeste sustentarent, filii imprimis ingenuae educationi sedulo operam darent, et tam liberaliter habitos, ut, si vel segnis esset memoria amicitiae erga mortuum et post mortem acceptorum beneficiorum, non possent non officio fideliter satisfacere. Sunt orationes quinque, quas in re tutelari habuit adolescens, tres ad unum quidem tutorum spectantes nomine, duae tamen priores omnes tutores corripientes et condemnantes. Quarta et quinta tangunt Onetora, cuius soror nupserat Aphobo: qua de caussa cladem per fas et nefas propulsare studebat. Multa nobis deesse, quibus opus ad penitus cognoscenda et iudicanda quae pertinent ad rem Atheniensium tutelarem, monui πρὸς Ὀνήτ. A. §. 6. Hae igitur orationes sunt praecipua rei tutelaris cognoscendae monumenta; hinc non minoris momenti ad exponendum gravem antiquitatis et iuris locum, quam ad intelligendum adolescentis ingenium ad eloquentiam natum. Vere monuit is, qui Demosthenem in primis novit, Reiskius, in his se orationibus eandem vim easdemque virtutes agnoscere, quas in iis, quae eiusdem similisve generis ex seriore tempore supersunt, in versione Germanica, quae quanquam facilem risum offerat hominibus elegantulis, eos tamen, quos horrida linguae forma non deterret, dubitare non sinit, quin Reiskius scriptorem suum melius intellexerit multis, qui intelligentia sua superbiunt, nec eos poenitebit, ubi ipsi dubii haerent, viri optimi versionem consuluisse.

Κατὰ Ἀφόβου Α.

Hanc, quae non solum prima est tempore et loco sed argumentis atque sententiis, enucleabimus copiosius.

Exordium est modesti adolescentis, qui se rem inter amicos et coram arbitris componere maluisse vere testatur, id autem adversarium detrectasse: qui quum a diaeteta condemnatus noluerit obtemperare *), se coactum esse, ut coram publico iudicio rem suam vindicaret et iusta tenere studeret.

Sequitur expositio rei:

Demosthenes pater reliquit rem familiarem quatuordecim talentorum, filium septem annos natum, filiam duobus annis minorem, uxorem etiam; quae dotem quinquaginta minarum marito tulerat. Moribundus tres tutores constituit **): duos consobrinos, Aphobum et Demophontem, tertium cognatione quidem non iunctum, familiarem tamen a pueris; Therippidem Paeaniensem, cui assignavit pater fructum septuaginta minarum, donec filius suam tutelam reciperet. Demophonti autem filiam despondit; statimque dotem duorum talentorum in manus tradidit, quibus uteretur qua ratione vellet. Aphobo autem matrem despondit cum dote octoginta minarum usumque ei concessit domus vasorumque. Haec ut iam supra significavi, fecit diligens pater, ut tutorum munere religiose fungerentur. Quae iis concessa erant receperunt, totam autem rem familiarem pro arbitrio administrarunt. Quod quum per decem annos fecissent, ceteris cunctis arreptis, oratori domum, quatuor mancipia et triginta minas argenti, quae universa pretium septuaginta minarum aequabant, tradiderunt. Haec summa rei.

Magnam vero rem familiarem a patre relictam esse patet ex eo, quod ad tributa militaria tutores pupilli nomine tantum contribuerunt, quantum qui erant Athenienslum ditissimi.

Tum per partes enumeratis quae pater reliquerat, aggreditur ostendere, quid Aphobus sibi arripuerit soli. Defuncti domum intravit habitatum; viduaeque mundum muliebrem vasaque occupavit. Haec pretium aequabant quinquaginta minarum, mancipiorumque a Therippide et Demophonte pretia accepit, donec completa erat dos octoginta minarum matri constituta; et quum trierarchus vela Corcyram daturus erat Ol. CI. 3., scripto Therippidae ista se habere indicavit dotemque recepisse. Huius rei testes sunt qui cum eo tutelam gesserunt, Demophon et Therippides. Ipsum autem hoc expressis verbis saepius professum esse Demochares, avunculus, multique alii sunt testes. Quum enim nutrimenta non daret Demosthenis matri; dotem tamen nihilominus teneret; neque rem familiarem locaret, Demochares harum rerum mentionem iniecit. Hoc autem non negabat Aphobus, sed de minutiis quibusdam aureolis sibi cum muliere illa controversiam esse dicebat.

Qui vero dotem feminae tenet; quam ipsam non secum habeat uxorem, eum lex iubet dotis usuram pendere novem obolorum per mensem ratione minae. — Porro Therippides, per aliquod tempus eandem rem curans quam alias Aphobus, usuram in rationem retulit; cuius nullum vestigium per Aphobi administra-

*) Lex tamen iubet obtemperare κατὰ Τιμοκρ. p. 718. R. §. 56. τὰς δίκας καὶ τὰς διαίτας, ὅσαι ἐγένοντο ἐπὶ τοῖς νόμοις ἐν δημοκρατουμένῃ τῇ πόλει, κυρίας εἶναι

**) Patris enim erat legare super tutela. cf. das Attische Recht p. 445.

tionem, sed modo v. c. officinam cessasse ait, modo se eam curasse negat; Milyam autem, libertum nostrum, administrasse: cuius mendacii facilis est convictio. — Haec igitur sunt, quae solus arripuit soli, summamque conficiunt quatuor talentorum. Nunc quae cum ceteris tutoribus dissipavit, per singula enumerantur. In quibus tutorum commentum, contractum de mancipiis a patre stulte factum fuisse, certis refutatur argumentis, sicut etiam impudens illud mendacium, quo patrem nihil reliquisse dicebant.

Iam ex ratione eorum, quae ipsi se accepisse fatentur, demonstratur eos tres amplius octo talenta, quae ipsius sint, habere, Aphobum autem seorsim tria talenta et mille drachmas cepisse. Sed simulant non solum nihil fluxisse fructus ex re tantilla, verum sortem ipsam periisse. Quid? quod Demophon pupillum debere inscripsit.

Tandem rem ait satis esse demonstratam, hos pupillum tutores fraudasse, omnium autem impudentissime Aphobum, qui apud arbitros dicere ausus est se multum aeris alieni solvisse Therippidae et Demophonti. Sed ostendere non potuit, orator inquit, neque patrem reliquisse me obaeratum, et ne rationem quidem ita instruere valebat, ut mea eum iis tradidisse quisquam opinaretur. Spondebat quidem se ostensurum patrimonium meum decem esse talentorum: quibus si quid deesset, id sese expleturum. Me vero iubente, ut ostenderet, nec ostendit, nec cuiquam se tradidisse demonstravit. Quum hoc non probaret, mentiri ausus est quatuor mihi talenta patrem defossa reliquisse, eaque matris arbitratui permisisse. Cuius rei testimonium nec protulit, nec proferet unquam. Falsissimum autem id esse multis et certis argumentis probatur. Illud vero commentum ideo Aphobus finxit, ut, quum orator dives esse videatur, eo minus a iudicibus misericordiae consequatur. — Uno momento omnes adversarii defensiones evertit. „Licuisset, inquit, isti negotiis his carere omnibus, si rem familiarem, ut leges iubent, locasset." Exempla affert quae probant alios tutores in immensam pupillorum utilitatem in parva re familiari hoc fecisse. — Ad finem deplorat suam familiaeque calamitatem.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Δημοσθένης ὁ Παιανιεύς, Δημοσθένους τοῦ ῥήτορος πατήρ, τελευτῶν ἐπὶ δύο παισί, τῷ τε Δημοσθένει καὶ θυγατρί, ἐπιτρόπους καθίστησι καὶ τῶν παίδων καὶ τῶν χρημάτων τρεῖς, δύο μὲν συγγενεῖς, Ἄφοβόν τε καὶ Δημοφῶντα, ἕνα δὲ φίλον ἐκ παίδων, Θηριππίδην. καὶ Θηριππίδῃ μὲν δίδωσιν ἑβδομήκοντα καρποῦσθαι μνᾶς, ἄχρις ἂν Δημοσθένης εἰς ἄνδρας ἐγγραφῇ· Δημοφῶντι δὲ ἐγγυᾷ τὴν θυγατέρα, προστάξας αὐτὸν προῖκα δύο τάλαντα λαβεῖν· Ἀφόβῳ δὲ τὴν ἑαυτοῦ μὲν γυναῖκα, τῶν δὲ παίδων μητέρα, Κλεοβούλην

τὴν Γύλωνος, ἀξιοῖ γήμασθαι, μνᾶς ἐπιδοὺς ὀγδοήκοντα, καὶ χρῆσθαι κελεύει τῇ τε οἰκίᾳ καὶ τοῖς ἐν αὐτῇ σκεύεσι μέχρι τῆς Δημοσθένους εἰς ἄνδρας ἐγγραφῆς. οὗτοι τὰ μὲν δοθέντα χρήματα αὐτοῖς εὐθὺς λαμβάνουσι, γαμεῖ δὲ οὔτε Ἄφοβος τὴν γυναῖκα τοῦ τελευτήσαντος, οὔτε Δημοφῶν τὴν θυγατέρα. διαχειρίσαντες δὲ τὴν οὐσίαν τεττάρων καὶ δέκα ταλάντων, ὡς ὁ ῥήτωρ ἐπιδείκνυσιν, ὀφείλοντες τριάκοντα τάλαντα ἐκτῖσαι ἐπικαρπίας καὶ ἀποδοῦναι, μικρὰ παντελῶς παρέδωκαν εἰς ἄνδρας ἐγγραφέντι τῷ Δημοσθένει. διὸ πρὸς τὸν Ἄφοβον εἰςελήλυθεν ἐπιτροπῆς δέκα ταλάντων τὴν δίκην λαχών, ἐπειδὴ τρίτος ὢν ἐπίτροπος τὸ τρίτον ὀφείλει τῶν χρημάτων· ἃ καὶ συντίθησιν ὁ ῥήτωρ ἔκ τε τῶν ἀρχαίων καὶ τῆς ἐπικαρπίας κατὰ Ἀφόβου, πρός τινας ἀντιῤῥήσεις, ἀγομένας ὑπὸ τοῦ Ἀφόβου. οὗτος ὁ λόγος ἐπηγώνισται, ἔχει δὲ καὶ τῶν προειρημένων ἐπανάμνησιν.

---

1 Εἰ μὲν ἐβούλετο Ἄφοβος, ὦ ἄνδρες δικασταί, τὰ δίκαια ποιεῖν, ἢ περὶ ὧν διαφερόμεθα τοῖς οἰκείοις ἐπιτρέπειν, οὐδὲν ἂν ἔδει δικῶν οὐδὲ πραγμάτων·

§. 1. *ἐβούλετο*] Dindorf. *ἠβούλετο.* Equidem sequor eum, quem sibi ipse praescripsit Buttmannus ad Midianam §. 8. p. 20., canonem. „Ego, quum in talibus nullam omnino normam praeter codicum auctoritatem, qualemcunque illam, noverim, formam (quam dicunt) minus Atticam retinui, ubi olim lecta neque e codd. mutata erat." Ad uniuscuiusque scriptoris tum usum tum codices optimos diligenter attendendum. In huiusmodi rebus hodienum multa sunt, quae nondum ratione sed auctoritate constitui oportet; et sobrii adolescentes, qui ad veram doctrinam aspirant, sedulo caveant, ne superbia et importunitate sua viros natu maiores offendant.

§. 1. *ἐπιτρέπειν*] Verbum est proprium de actione litis apud *διαιτητάς*, arbitros. Pollux VIII. 126. *τῶν δ'*, inquit, *ἐν ἱεροῖς πάλαι οὐδεμία δίκη πρὶν ἐπὶ διαιτητὰς ἐλθεῖν εἰςήγετο· ἔλεγον δὲ ἐπιτρέψαι δίαιταν* (*πάλαι* ad tempora referendum, quae longe Demosthenis aetatem praecedebant. Demosthenis autem tempore imprimis eae causae, quae inter propinquos et amicos oriebantur, videntur arbitrium subire solitae esse, antequam ad publicos iudices deferebantur) *καὶ ἡ δίαιτα ὠνομάζετο ἐπιτροπή.* Similia monet Harpocrat. s. v. *ἐπιτροπή*, aliique grammatici et glossographi.

ἀπέχρη γὰρ ἂν τοῖς ὑπ' ἐκείνων γνωσθεῖσιν ἐμμένειν, ὥςτε μηδεμίαν ἡμῖν εἶναι πρὸς τοῦτον διαφοράν. ἐπειδὴ δ' οὗτος τοὺς μὲν σαφῶς εἰδότας τὰ ἡμέτερα ἔφυγε μηδὲν διαγνῶναι περὶ αὐτῶν, εἰς δ' ὑμᾶς, τοὺς οὐδὲν τῶν ἡμετέρων ἀκριβῶς ἐπισταμένους, ἐλήλυθεν, ἀνάγκη ἐστὶν ἐν ὑμῖν παρ' αὐτοῦ πειρᾶσθαι τῶν δικαίων τυγχάνειν. οἶδα μὲν οὖν, ὦ ἄνδρες δικασταί, 2 ὅτι πρὸς ἄνδρας καὶ λέγειν ἱκανοὺς καὶ παρασκευάσασθαι δυναμένους χαλεπόν ἐστιν εἰς ἀγῶνα καθίστασθαι περὶ τῶν ὄντων ἁπάντων, ἄπειρον ὄντα παντάπασι πραγμάτων διὰ τὴν ἡλικίαν· ὅμως δέ, καίπερ πολὺ τούτων καταδεέστερος ὤν, πολλὰς ἐλπίδας ἔχω καὶ παρ' ὑμῖν τεύξεσθαι τῶν δικαίων, καὶ μέχρι γε τοῦ τὰ

ἀπέχρη] Reiskius ex Aug. pr., deliciis suis, dederat ἀπέχρην, quocum consentit r. Videntur iam antiquorum grammaticorum nonnulli statuisse imperfectum verbi impersonalis ἀπόχρη ad analogiam simplicis χρή donandum esse littera finali ν. Sed si scriptorum usum exactissimosque codices attenderimus, inveniemus eos non ita fecisse; nec mirabimur, si consideraverimus usum verbi ἀποχράω personalem esse frequentem nec impersonalem ita dominari, ut in simplice χρή. Ceterum notare licet in Aug. pr., egregio codice, saepe grammaticorum haud indoctorum manum esse grassatam, ut acri iudicio opus sit ad dignoscendam scriptoris et grammatici manum.

ἔφυγε μηδὲν διαγνῶναι] Si φεύγειν significat studium causae dictionis sive coram iudice, sive coram arbitro effugiendae, infinitivo additur ex idiotismo linguae Graecae negatio quam dicunt pleonasticam. Cf. Rost. §. 125. not. 8. et imprimis Buttmanni Exc. XI. ad Midianam de abundantia negationis.

εἰς δ' ὑμᾶς – ἐλήλυθεν] In hac similibusque locutionibus tum simplex ἔρχεσθαι, tum compositum εἰσέρχεσθαι in usu esse ostendi ad Lysiam πρὸς Σίμ. §. 1. huius Biblioth. Vol. XVI. p. 22.

2. παρασκευάσασθαι] Verbum apud oratores Atticos proprium et frequens de iis, qui praesidium et opes adversus iura pecunia, precibus, gratia similibusque machinis comparaverunt, quibus muniti et freti ad causam fidentes accedunt. Frustra igitur vocabulum Lambinus tentat, coniiciens παραχρήσασθαι. Reiske.

ἄπειρον ὄντα – πραγμάτων] Πράγματα sunt h. l. res forenses, causae, earumque agendarum artes et doli.

παρ' ὑμῖν] Margo Lutet. Aug. pr. et quint. et Paris. r. dant παρ' ὑμῶν. Nil referre opinatur Reiskius, quod non existimo. Παρά cum dativo iungitur imprimis iudicum notioni, coram quibus res agitur et penes quos est iudicium. κατὰ Ἀφόβ. B. §. 21. τυχόντα με τῶν δικαίων παρ' ὑμῖν. πρὸς Ἄφοβ. §. 2. τὰ παρ' ὑμῖν γνωσθέντα, ubi Aug. pr. et Par. r. corrumpunt ὑμῶν. πρὸς Λεπτ. p. 484. §. 90. ἔν τε τῇ βουλῇ καὶ παρ' ὑμῖν ἐν τῷ δικαστηρίῳ. Idem est quod §. 1. fin. dixerat ἐν ὑμῖν. F. A. Wolfius ad Leptin. p. 249. „παρὰ τοῖς-δε coram his, in iudicio,

γεγενημένα διεξελθεῖν καὶ αὐτὸς ἀρκούντως ἐρεῖν, ὥστ' ὑμᾶς μήτ' ἀπολειφθῆναι τῶν πραγμάτων μηδὲ καθ' ἓν μήτ' ἀγνοῆσαι περὶ ὧν δεήσει τὴν ψῆφον ἐνεγ-
3 κεῖν. δέομαι δ' ὑμῶν, ὦ ἄνδρες δικασταί, μετ' εὐνοίας τ' ἐμοῦ ἀκοῦσαι, κἂν ἠδικῆσθαι δοκῶ, βοηθῆσαί μοι τὰ δίκαια. ποιήσομαι δ' ὡς ἂν δύνωμαι διὰ βραχυτάτων τοὺς λόγους. ὅθεν δ' οὖν ῥᾷστα μαθήσεσθε περὶ αὐτῶν, ἐντεῦθεν ὑμᾶς καὶ ἐγὼ πρῶτον πειράσομαι διδάσκειν.

4 *Δημοσθένης γάρ, οὑμὸς πατήρ, ὦ ἄνδρες δικασταί, κατέλειπεν οὐσίαν μὲν σχεδὸν τεττάρων καὶ δέκα*

2. **τὴν ψῆφον ἐνεγκεῖν**] Ante Bekkerum **διενεγκεῖν**, et quanquam deliciae, Aug. pr. et quintus, simplex offerebant, tamen Reiskius compositum retinebat, id aptius iudicans, „quoniam, inquit, omnes omnium iudiciorum iudices *διήνεγκον τὰς ψήφους*, alii in alias partes eas coniicientes.“ Quod quanquam verum sit, Demostheni tamen non illa latio in diversa loca cordi erat, sed suffragatio in genere. Neque vero negari potest vocabulum compositum usurpari ab oratoribus de suffragiis iudicii in genere, quatenus ex pluribus constet; quare quanquam etiam optimus Bekkeri codex simplex offert, tamen compositum retinuissem, nisi mihi proposuissem nonnisi gravibus in rebus et gravibus de rationibus a Bekkeri recensione discedere. Fateor autem parum mihi in ea re probari Bekkeri rationem, quod, quum unus codex bonae quidem notae contra ceteros omnes obtulerit verbum simplex pro composito, hunc sine cunctatione secutus sit. Possit quis etiam in vocabulo composito metum agnoscere iuvenis modesti et formidolosi, ne sua ipsius culpa iudices forsitan adducantur suffragium aliter ferre, quam res et veritas patiatur.

4. *κατέλειπεν*] Sic Bekkerus ex optimo codice pro vulgato **κατέλιπεν**: verissime. Aoristus enim rem praeteritam absolute deno-

alias **ἐν τοῖςδε** seu **ἐν τούτοις**.“ Ita etiam ipsum additur vocabulum **κριτοῦ** praepositioni **παρά** cum dativo. *Παρά* cum verbo **τυγχάνειν** similibusque genitivum adiunctum habet personae, quae ipsa tribuit, non cuius iussu et auctoritate aliquid tribuitur. §. 1. **ἀνάγκη ἐστὶν ἐν ὑμῖν παρ' αὐτοῦ πειρᾶσθαι τῶν δικαίων τυγχάνειν.**

ἀπολειφθῆναι τῶν πραγμάτων] Proprie dicitur *ἀπολείπεσθαι* is, qui pedibus sequi non potest, sive natura id fit, sive pigritia; tum tropice is, qui mente assequi non potest, sive alterius culpa, sive sua ipsius: r e r u m m o m e n t a n o n p e r s p i c e r e. Quod praecedit *καὶ αὐτὸς ἀρκούντως ἐρεῖν*, est modesti, qui parum sibi tribuit: quae modestia imprimis adolescentes decet.

3. *βοηθῆσαί μοι τὰ δίκαια*] Rara constructione accusativus adiectivi quasi obiectum auxilii ponitur. Brachylogica videtur constructio, quasi dictum sit *βοηθῆσαί μοι πράττοντας τὰ δίκαια.* Similiter X e n o p h. Memm. II. 6, 25. *ὅπως αὐτός τε μὴ ἀδικῆται καὶ τοῖς φίλοις τὰ δίκαια*

814. ταλάντων, ἐμὲ δ' ἑπτ' ἐτῶν ὄντα καὶ τὴν ἀδελφὴν πέντε, ἔτι δὲ τὴν ἡμετέραν μητέρα πεντήκοντα μνᾶς εἰς τὸν οἶκον εἰςενηνεγμένην. βουλευσάμενος δὲ περὶ ἡμῶν, ὅτ' ἤμελλε τελευτᾶν, ἅπαντα ταῦτα ἐνεχείρισεν Ἀφόβῳ τε τούτῳ καὶ Δημοφῶντι, τῷ Δήμωνος υἱεῖ, τούτοιν μὲν ἀδελφιδοῖν ὄντοιν, τῷ μὲν ἐξ ἀδελφοῦ, τῷ δ' ἐξ ἀδελφῆς γεγονότοιν, ἔτι δὲ Θηριππίδῃ τῷ Παιανιεῖ, γένει μὲν οὐδὲν προςήκοντι, φίλῳ δ' ἐκ παιδὸς ὑπάρχοντι. κἀκείνῳ μὲν ἔδωκεν ἐκ τῶν ἐμῶν ἑβδομήκοντα μνᾶς καρπώσασθαι τοσοῦτον χρόνον, ἕως ἐγὼ ἀνὴρ εἶναι δοκιμασθείην, ὅπως μὴ δι' ἐπιθυμίαν χρημάτων χεῖρόν τι τῶν

taret, quae etiam nunc esset; imperfectum vero rem praeteritam considerat ratione alterius item praeteritae, quae tamen utraque simul durabat, nunc autem utraque potuit esse desiisse vel revera desiit. Vellem tamen ubique id restituisset in simili ratione, ubi idem optimus codex imperfectum offert, egoque codicis auctoritati obtemperavi. Interdum est aoristus in omnibus libris, quem contra libros mutare religioni duxi. Facile enim intelligitur cur §. 11. aoristus positus sit, quem tenent omnes libri. Ipse enim scriptor nunc absolute de re loquitur, quum ante singula per partes enumeraverit. *Κατέλειπεν* est: quum moriebatur, relinquebat. Id non impedit, ne quae tum reliquerit non amplius supersint. Tota rei expositio conditionem eiusdem temporis spectat usque ad §. 11.

5. *ἕως ἐγὼ ἀνὴρ εἶναι δοκιμασθείην*] Ante Bekkerum legebatur *ἕως ἂν* cet.: quod miror Reiskium non mutasse, quum in Aug. pr. *βοηθεῖν δύνηται.* Infra §. 68. *βοηθῆσαι ἡμῖν τὰ δίκαια.* In libris multis legitur accusativum esse absolutum, et ellipsium amatores supplent *κατά*: quod non invidemus.

4. *πεντήκοντα μνᾶς εἰς τὸν οἶκον εἰςενηνεγμένην*] *Εἰςφέρεσθαι εἰς τὸν οἶκον* est phrasis propria de uxore dotem ferente.

ἀδελφιδοῖν] Pollux III. 22. *ἀδελφιδοῦς ὁ ἀδελφοῦ καὶ ἀδελφῆς υἱὸς καὶ ἡ θυγάτηρ αὐτῶν ἀδελφιδῆ.* Librarii vocabuli significationem non tenentes nec sequentia attendentes mire corruperunt in *ἀδελφοῖν δυοῖν*, is adeo, qui Aug. pr. scribebat.

Θηριππίδῃ τῷ Παιανιεῖ] Duo erant demi φυλῆς *Πανδιονίδος*, qui nomen habebant *Παιανιά*, alter *καθύπερθε* septentrionem versus situs, alter *ὑπένερθε* meridiem versus. Ex alterutro horum demorum erat Demosthenis pater. Vide Aeschinem adversus Ctes. §. 171.

5. *δοκιμασθείην*] De *δοκιμασία* puerorum hic sermo est, quae iis exacto decimo et octavo aetatis anno subeunda erat, num parentibus Atheniensibus legitime coniunctis nati et a patre agniti, in phratriam illati et liberaliter educati nil commisissent, quo civitate se indignos reddidissent. Tum in *ληξιαρχικὸν γραμματεῖον* (ins Bürgerbuch) inscripti, in fidem recepti, si orbi essent, suam tutelam receperunt.

ἐμῶν διοικήσειεν· Δημοφῶντι δὲ τὴν ἐμὴν ἀδελφὴν καὶ δύο τάλαντα εὐθὺς ἔδωκεν ἔχειν, αὐτῷ δὲ τούτῳ τὴν μητέρα τὴν ἡμετέραν καὶ προῖκά τε ὀγδοήκοντα μνᾶς καὶ τῇ οἰκίᾳ καὶ σκεύεσι χρῆσθαι τοῖς ἐμοῖς, ἡγούμενος, καὶ τούτους ἔτι οἰκειοτέρους εἴ μοι ποιήσειεν, οὐκ ἂν χεῖρόν με ἐπιτροπευθῆναι, ταύτης τῆς οἰκειότητος προςγενομένης.
6 λαβόντες δ' οὗτοι ταῦτα πρῶτον σφίσιν αὐτοῖς ἐκ τῶν χρημάτων, καὶ τὴν ἄλλην οὐσίαν ἅπασαν διαχειρίσαντες, καὶ δέκα ἔτη ἡμᾶς ἐπιτροπεύσαντες, τὰ

iam desit ἄν, ut deest in optimo codice Bekkeri: et recte quidem deest. Sed magis in addendam particulam ἄν quam in delendam pronus erat Reiskius. Hic autem ἕως cum optativo sine ἄν constructum, quod de re sermo est, quae, quum pater testamentum ferret, procul erat, nunc vero iam eventum habuit. Si nondum eventum habuisset, ἕως ἄν diceretur, ut quae tanquam in animo patris agitata nondum ad finem perducta esset. Ἕως ἄν enim cum optativo consilium indicat, quod qui habet nescit, num efficiatur et effici possit.

καὶ τῇ οἰκίᾳ καὶ σκεύεσι χρῆσθαι] Infinitivus pendet ex ἔδωκε: domum igitur et vasa usui concessit.

χεῖρόν με ἐπιτροπευθῆναι] Bekkeri Anecdd. p. 145. l. 27. ἐπιτροπεύειν: αἰτιατικῇ παρὰ Ἀττικοῖς. Δημοσθένης κατὰ Ἀφόβου· „οὐκ ἂν χεῖρόν με ἐπιτροπευθῆναι" καὶ μετ' ὀλίγον· „καὶ δέκα ἔτη ἡμᾶς ἐπιτροπεύσαντες." Τέτρικται δὲ καὶ μετὰ γενικῆς. Nempe est verbum derivatum per syllabam εύω a substantivo personae, a quibus plerumque per έω derivantur. vide Lobeckium in Parergis post Phrynichum cap. III. — Ceterum adverte eiusdem sententiae repetitionem in καὶ τούτους ἔτι οἰκειοτέρους εἴ μοι ποιήσειεν et ταύτης τῆς οἰκειότητος προςγενομένης, quoniam hic finis patri testanti curae cordique erat. Similes abundantiae leguntur interdum imprimis apud oratores. πρὸς Λεωχ. p. 1100. τοῖς νόμοις ἀκολούθως, περὶ ἑκάστου τῶν γεγραμμένων ὡς ὁ νόμος λέγει.

Non solum autem sententiae totae iterantur, sed interdum unum vocabulum non sine vi additur, cuius notio iam in tota enuntiatione inest. Ita v. c. ἐξεῖναι additur, quum iam adsit notio concedendi v. c. κατὰ Ἀνδροτ. p. 595. τοῦ νόμου τοῦ διαῤῥήδην οὐκ ἐῶντος ἐξεῖναι μὴ ποιησαμένῃ τῇ βουλῇ τὰς τριήρεις αἰτῆσαι τὴν δωρεάν: paullo post simpliciter οὐκ ἐᾷ τὴν βουλὴν αἰτῆσαι τὴν δωρεάν, ἐὰν μὴ ποιήσηται τὰς τριήρεις. Sic saepius.

6. δέκα ἔτη] Tum hic, tum supra quum dicit se ἑπτ' ἐτῶν ὄντα a patre fuisse relictum, rotundos numeros posuisse Demosthenem notat Schoemann. de Comm. p. 77. n. 21. eumque tum aliquot mensibus maiorem fuisse, quum patre orbaretur, tum sub tutela aliquot mensibus diutius, monet, ut numerus compleatur octodecim annorum. Nisi forte δοκιμασία locum habere poterat statim quum octavum et decimum annum ingressus esset puer.

815.

μὲν ἄλλα πάντα ἀπεστερήκασι, τὴν οἰκίαν δὲ καὶ ἀνδρά-
ποδα τέτταρα καὶ δέκα, καὶ ἀργυρίου μνᾶς τριάκοντα,
μάλιστα σύμπαντα ταῦτα εἰς ἑβδομήκοντα μνᾶς παραδε-
δώκασιν. καὶ τὸ μὲν κεφάλαιον τῶν ἀδικημάτων, ὡς 7
ἂν συντομώτατ᾽ εἴποι τις, τοῦτ᾽ ἔστιν, ὦ ἄνδρες δικασταί.
τὸ δὲ πλῆθος τῆς οὐσίας, ὅτι τοῦτ᾽ ἦν τὸ καταλειφθέν,
μέγιστοι μὲν αὐτοὶ μάρτυρές μοι γεγόνασιν· εἰς γὰρ τὴν
συμμορίαν ὑπὲρ ἐμοῦ συνετάξαντο κατὰ τὰς πέντε καὶ
εἴκοσι μνᾶς πεντακοσίας δραχμὰς εἰςφέρειν, ὅσονπερ
Τιμόθεος ὁ Κόνωνος καὶ οἱ τὰ μέγιστα κεκτημένοι τιμή-
ματα εἰςέφερον· δεῖ δὲ καὶ καθ᾽ ἕκαστον ὑμᾶς ἀκοῦσαι
τά τ᾽ ἐνεργὰ αὐτῶν καὶ ὅσα ἦν ἀργά, καὶ ὅσου ἦν ἄξια

τὰ μὲν ἄλλα – τὴν οἰκίαν δὲ] Nota *μέν* post articulum positum, *δέ* vero post articulum cum nomine coniunctum: assentiorque Schaef., qui Apparat. T. II. p. 387. ad orat. pro corona. p. 330. v. 5. vere miratur Reiskium ex uno Aug. sec. mutasse similem transpositionem, quum persaepe positura particularum *μέν* et *δέ* non exigatur ad amussim; atque etiam magis mirandum Bekkerum Reiskium secutum esse, quum et plurimi et optimi codd. vulgatam lectionem teneant, proboque Dindorfium, qui revocavit *τοῖς μὲν ζῶσι πᾶσιν ὕπεστί τις ἢ πλείων ἢ ἐλάττων φθόνος, τοὺς τεθνεῶτας δέ*. Exemplorum ubique et in omnibus scriptoribus, tum prosaicis tum poetis, tanta multitudo, ut unum alterumve afferre chartam sit perdere. In his optimi et antiquissimi codices sequendi.

εἰς ἑβδομήκοντα μνᾶς] Servorum pro aetate, conditione, arte et peritia pretium erat diversum; a dimidia mina ad quinque minas variabat: sic etiam domorum pretia a tribus minis ad quinquaginta et amplius. Pretium domorum in urbe bonarum viginti trigintave minarum fuisse videtur. Quae huc pertinent, accurate exposuit Boeckh. in Staatshaushaltung L. I. 12. 13. Praepositio *εἰς* numeralibus praemissa significat fere, circiter, ut Latinorum ad. Conf. Matth. Gr. §. 578.

7. *εἰς γὰρ τὴν συμμορίαν*] Qui hunc locum intelligere vult, ei diligenter perscrutanda sunt quae Boeckhius docet Staatshaushaltung L. IV. 7. 8.

συνετάξαντο] Ut *συντάξεις* dicuntur ratae portiones, quae ex lege et pacto contribuebantur, sic *συντάττεσθαι* verbum est de iis, qui se ipsi in certa contribuentium classe collocarant et pro censu classis tribuebant.

τά τ᾽ ἐνεργὰ καὶ ὅσα ἦν ἀργά] Utrumque adiectivum haud raro cum vocabulo *χρήματα*. *Ἐνεργὰ χρήματα*, quae etiam *κάρπιμα* dicuntur, sunt pecuniae, quae quaestum habent; *ἀργά*, item *ἄκαρπα*, quae iacent inertes, unde nihil fit lucri. §. 10. fin. eadem sunt *ἀργύριον ἔνδον*. *Ἔργον* in hac oratione saepe de lucro, quod sive homines sive res ferunt.

τιμήματα] *Τίμημα* est caput, unde vectigal erat pendendum, Steuercapital. Rationem tum vectigalis, tum capitis, unde erat pendendum, tum quotae partis rei familiaris exponit Boeckhius l. l.

ἕκαστα· ταῦτα γὰρ μαθόντες ἀκριβῶς εἴσεσθε, ὅτι τῶν πώποτ᾽ ἐπιτροπευσάντων οὐδένες ἀναιδέστερον, οὐδὲ
8 περιφανέστερον ἢ οὗτοι τὰ ἡμέτερα διηρπάκασιν. πρῶτον μὲν οὖν, ὡς συνετιμήσαντο ὑπὲρ ἐμοῦ ταύτην τὴν εἰςφορὰν εἰς τὴν συμμορίαν, παρέξομαι τούτων μάρτυρας· ἔπειθ᾽, ὅτι οὐ πένητα κατέλειπέ με ὁ πατήρ, οὐδ᾽ ἑβδομήκοντα μνῶν οὐσίαν κεκτημένον, ἀλλὰ τοσαύτην, ὅσην οὐδ᾽ αὐτοὶ οὗτοι ἀποκρύψασθαι διὰ τὸ μέγεθος πρὸς τὴν πόλιν ἠδυνήθησαν. Καί μοι ἀναγίνωσκε λαβὼν ταύτην τὴν μαρτυρίαν.

ΜΑΡΤΥΡΙΑ.

9 Δῆλον μὲν τοίνυν καὶ ἐκ τούτων ἐστὶ τὸ πλῆθος τῆς οὐσίας. πεντεκαίδεκα ταλάντων γὰρ τρία τάλαντα τίμημα. ταύτην ἠξίουν εἰςφέρειν τὴν εἰςφοράν. ἔτι δ᾽ ἀκριβέστερον εἴσεσθε τὴν οὐσίαν αὐτὴν ἀκούσαντες. ὁ γὰρ πατήρ, ὦ ἄνδρες δικασταί, κατέλιπε δύο ἐργαστήρια, τέχνης οὐ μικρᾶς ἑκάτερον· μαχαιροποιοὺς μὲν τριάκοντα καὶ δύο ἢ τρεῖς, ἀνὰ πέντε μνᾶς καὶ ἕξ, τοὺς δ᾽ οὐκ ἐλάττονος ἢ τριῶν

8. κατέλειπε] Hoc, quod optimus codex habebat ut §. 4. pro vulgato κατέλιπε, recepi ex iisdem rationibus, quas l. l. exposui. Hoc unum differt, quod in sequentibus aoristus est de tutoribus ἠδυνήθησαν, quo transit in simplicem narrationem.

9. πεντεκαίδεκα ταλάντων γὰρ] Non ausus sum sequi Bekkerum, qui ex solo Paris. r, deterrimo, quem in hac oratione contulit, codice sollemnem quidem particulae γάρ collocationem recepit πεντεκαίδεκα γὰρ ταλάντων. Sed saepe fit, ut substantivum cum determinativo, quod utrumque unam notionem constituit, praemittatur particulae. Quod quanquam non ita sit frequens, ut monui de particularum μέν et δέ collocatione §. 6. annott., tamen haud rarum est apud omnis generis scriptores et ex eodem genere. πρὸς Ὀνήτ. B. §. 4. οὐδ᾽ ὑφ᾽ ἑνὸς γὰρ ἀναγκασθείς. Huic particulae collocationi tam infestus erat Bekkerus, ut, quum eam tenerent optimi codices et diversarum quidem familiarum, eam non admiserit. Sic κατὰ Ἀριστοκρ. §. 136. p. 665. R. Dindorfio demum recipiendum erat οὐδ᾽ ὁτιοῦν ἐστι γὰρ παρ᾽ ὑμῖν αὐτῷ pro eo, quod reliquit cum paucis, in deteriorem fere partem conspirantibus libris, οὐδ᾽ ὁτιοῦν γάρ ἐστι cet.

ἀνὰ πέντε μνᾶς καὶ ἕξ] τοὺς μέν, quod Reiskius ex marg. Lut.

ἢ οὗτοι τὰ ἡμέτερα] Oppositio cogitatione supplenda est, quam Reiskius addendam esse opinabatur, τὰ οὐδένων post οὐδένες. Verum in sententiis, quae perperam intelligi non poterant, superflua addere iam iuvenili aetate Demosthenes recte respuebat.

9. ἀνὰ πέντε μνᾶς] Ἀνά nu-

816. μνῶν ἀξίους, ἀφ᾽ ὧν τριάκοντα μνᾶς ἀτελεῖς ἐλάμβανε τοῦ ἐνιαυτοῦ τὴν πρόσοδον, κλινοποιοὺς δ᾽ εἴκοσι τὸν ἀριθμόν, τετταράκοντα μνῶν ὑποκειμένους, οἳ δώδεκα μνᾶς ἀτελεῖς αὐτῷ προσέφερον, ἀργυρίου δ᾽ εἰς τάλαντον ἐπὶ δραχμῇ δεδανεισμένου· οὗ τόκος ἐγίγνετο τοῦ ἐνιαυτοῦ ἑκάστου πλεῖον ἢ ἑπτὰ μναῖ. καὶ ταῦτα μὲν ἐνεργὰ κατέλιπεν, ὡς καὶ αὐτοὶ οὗτοι ὁμολογήσουσιν· ὧν γίγνεται τοῦ μὲν ἀρχαίου κεφάλαιον τέτταρα τάλαντα καὶ πεντακισχίλιαι, τὸ δ᾽ ἔργον αὐτῶν πεντήκοντα μναῖ τοῦ ἐνιαυτοῦ ἑκάστου. χωρὶς δὲ τούτων ἐλέφαντα μὲν καὶ σίδηρον, ὃν κατειργάζοντο, καὶ ξύλα

Aug. pr. et quint. addiderat ante *ἀνά*, Bekkerus, qui id in solo *r* inveniebat, recte rursus delevit. Fit enim saepe, ut ante *ὁ δέ* in priore membro omissum sit *ὁ μέν*. Cf. quae habet Heindorfius ad Plat. Protag. §. 61. p. 549. et quos laudat Stallbaum ad Plat. Phileb. §. 75. p. 108. *Καὶ* ἐξ Bekkerus ex optimo *S* et *r* pro vulgato *ἢ καί*: et vere dedit, ni fallor. *Καί* enim est augentis, que Latinorum numeralibus annexum; *ἢ καί* mirantis vel circumscribentis, ve Latinorum: de quo utroque confer Bentleium ad Horatii Epod. V. 33. Art. poet. 358.

meralibus iunctum vim iis praebet distributivam. Cf. Matth. Gr. Gr. §. 579. p. 846.

τριάκοντα μνᾶς ἀτελεῖς] Si *ἀτελής* additur locutionibus lucrum significantibus, est lucrum liquidum, detractis quibuscunque impensis. Aphob. B. §. 12. *οἳ δώδεκα μνᾶς ἀτελεῖς ἑκάστου τοῦ ἐνιαυτοῦ προσέφερον*.

τετταράκοντα μνῶν ὑποκειμένους] Ut ex §. 25—27. cognoscimus, Moeriades haec mancipia Demosthenis patri collocaverat pro capite quadraginta minarum, et nunc tutores calumniabantur, *ὡς ὁ ὑποθεὶς τῷ πατρὶ τἀνδράποδα πονηρότατος ἀνθρώπων ἐστί*. *Ὑποκειμένους* et *ὑποτιθεμένους* idem est, et homo sanus nihil sibi maiore pretio oppignerari concedit quam pignus habet, nec maiorem solvit usuram quam res praebet.

ἐπὶ δραχμῇ] Quum de fenore agatur, Graeci ponunt praepositionem *ἐπί* cum dat. et fenoris summa. Constructio praepositionis ea est, qua vel conditionem vel finem indicat. *Δραχμῇ* autem modicum erat fenus minae in singulos menses. Etiamnum in oriente fenus duodecim pro centum est. Assurgebat in pecuniae inopia ad viginti et amplius. Si plenam per annum summam computare voluisset (loquitur ore rotundo *πλεῖον ἢ ἑπτὰ μναῖ*), dixisset *ἑπτὰ μναῖ καὶ εἴκοσι δραχμαί*.

10. *τέτταρα τάλαντα καὶ πεντακισχίλιαι*] In numerorum computatione quum femininum genus sine nomine nummi ponitur, omittitur *δραχμαί*. Cf. Bosii Ellipses edit. Schaef. p. 119. Librarii raro id tolerarunt, numerale mutantes in genus proximi substantivi, ut h. l. scripserunt nonnulli

κλίνεια εἰς ὀγδοήκοντα μνῶν ἄξια, κηκῖδα δὲ καὶ χαλκὸν ἑβδομήκοντα μνῶν ἐωνημένα, ἔτι δ' οἰκίαν τρισχιλίων, ἔπιπλα δὲ καὶ ἐκπώματα καὶ χρυσία καὶ ἱμάτια καὶ κόσμον τῆς μητρός, ἄξια σύμπαντα ταῦτα εἰς μυρίας δραχμάς, ἀργυρίου δ' ἔνδον ὀγδοήκοντα μνᾶς.
11 καὶ ταῦτα μὲν οἴκοι κατέλιπε πάντα, ναυτικὰ δ' ἑβδομήκοντα μνᾶς, ἔκδοσιν παρὰ Ξούθῳ, τετρακοσίας δὲ καὶ δισχιλίας ἐπὶ τῇ τραπέζῃ τῇ Πασίωνος, ἑξακοσίας δ' ἐπὶ τῇ Πυλάδου, παρὰ Δημομέλει δέ, τῷ Δήμωνος υἱεῖ, χιλίας καὶ ἑξακοσίας, κατὰ διακοσίας δὲ καὶ τριακοσίας ὁμοῦ τι τάλαντον διακεχρημένον. καὶ τούτων αὖ τῶν χρημάτων τὸ κεφάλαιον πλέον ἢ ὀκτὼ τάλαντα καὶ τριάκοντα μναῖ γίγνονται. συμπάντων δ' εἰς τέτταρα καὶ δέκα τάλαντα εὑρήσετε σκοποῦντες.

πεντακισχίλια, aut, qui sapientiores erant, addiderunt δραχμαί, quod additum est in aliis codicibus §. 34. τρία τάλαντα καὶ χιλίας εἰληφότα, et saepius in hac oratione, v. c. §. 58. πρὸς Ἄφοβον §. 44.

εἰς ὀγδοήκοντα μνῶν ἄξια] Frequenter addi praepositionem εἰς et similes numeralibus significatione fere, circiter, monui iam ad §. 6., ita tamen, ut plerumque regimen praepositionum habeant, raro autem, ut hoc loco, adverbialiter adhibeantur. Quae res adeo vexabat Reiskium, ut pro ἄξια suo Marte corrigeret ἀξίαν: qui accusativus pendeat ex praepositione, et ex hoc accusativo genitivus ὀγδοήκοντα μνῶν. Etiam ad Latinorum similiter interdum adverbiascit. cf. Lobeck. ad Phryn. p. 410., qui vere monet varia, quae cum numeris coniungantur, nomina rectionem suam deponere, quo arctius cum his coalescere possint.

κηκῖδα] galla, Galläpfel, quae usurpantur a fabris cultellariis ad inducendum nigrum colorem manubriis cultrorum. Reiskius.

11. ναυτικὰ δ' – ἔκδοσιν παρὰ Ξούθῳ] Appositio eandem habet notionem, quam nomen, cui est addita. Ἔκδοσις enim ab Harpocratione explicatur τὸ ναυτικὸν δάνεισμα. Τὰ ναυτικά vel etiam in singulari τὸ ναυτικόν est pecunia credita in mercaturam maritimam, quam praestabat navis et mercatura: fenus erat grande. Cf. Boeckh. Staatsh. I. p. 145 sqq.

ἐπὶ τῇ τραπέζῃ] Ἐπί cum dativo saepe dicitur de eo, quod creditori oppigneratum est. Sic ἐπὶ τῇ νηῒ δανείζεσθαι, aliaque.

κατὰ διακοσίας – διακεχρημένον] Harpocratio p. 50. Lips. διακεχρημένον ἀντὶ τοῦ κατὰ μέρος δεδανεισμένον. Quomodo H. Wolfio in mentem venire potuerit ἄνευ τόκου hoc factum esse, coniicere non possum. Nec tale quid in ipso contextu nec in expositione grammatici est, nec ex aliis locis verisimile. De distributivo κατά vide Matth. §. 561. b. p. 851.

γίγνονται] Sic Bekkerus ex suis codd. praeter F, et sic iam habuerunt Aug. pr. et quint. pro vulgato γίγνεται. Bene. „Notissimum est idioma syntacticum,

Καὶ τὸ μὲν πλῆθος τῆς οὐσίας, τοῦτ' ἦν τὸ καταλειφθέν, ὦ ἄνδρες δικασταί, ὅσα δ' αὐτῆς διακέκλεπται καὶ ὅσα ἰδίᾳ ἕκαστος εἴληφε καὶ ὁπόσα κοινῇ πάντες ἀποστεροῦσιν, οὐκ ἐνδέχεται πρὸς τὸ αὐτὸ ὕδωρ εἰπεῖν, ἀλλ' ἀνάγκη χωρὶς ἕκαστον διελεῖν ἐστιν. ἃ μὲν οὖν Δημοφῶν ἢ Θηριππίδης ἔχουσι τῶν ἐμῶν, τότ' ἐξαρκέσει περὶ αὐτῶν εἰπεῖν, ὅταν κατ' αὐτῶν τὰς γραφὰς ἀπενέγκωμεν· ἃ δὲ τοῦτον ἔχοντα ἐξελέγχουσιν ἐκεῖνοι καὶ ἔγωγ' οἶδα αὐτὸν εἰληφότα, περὶ τούτων ἤδη ποιήσομαι τοὺς λόγους πρὸς ὑμᾶς. πρῶτον μὲν οὖν, ὡς ἔχει τὴν προῖκα, τὰς ὀγδοήκοντα μνᾶς, τοῦθ' ὑμῖν ἐπιδείξω, 12

12. Δημοφῶν ἢ Θηριππίδης ἔχουσι] Sic Bekkerus dedit ex suis codicibus praeter F pro vulg. Δημ. καὶ Θηρ. ἔχουσι: et iam Matthiae Gr. Gr. §. 303. fin. monuit interdum ad duo per ἢ disiuncta substantiva, quibus singularis iungendus erat, pluralem verbi numerum adiungi. Sed vere, ni fallor, Schaeferus ad h. l. annotavit pluralem nimirum in eiusmodi nonnisi locis usurpari licere, ubi quod verbo significetur ambobus substantivis simul competat. Etiam Latini duobus nominibus per aut disiunctis pluralem addunt. Sic Orellius noster apud Ciceronem de Orat. II. 4, 16. recte restituit lectionem, ut ne Sulpicius — aut Cotta plus quam ego apud te valere videantur. Pearcius e nonnullis libris dederat videatur sequente Ernestio. Sunt etiam alia nomina, quae sensu stricto collectiva appellare non possis, quibus tamen additur verbum in plurali; sic alter, nemo cet., de quibus vide Burmannum ad Vell. Paterc. I. 16. fin. et quem ibi laudat Ruhnkenius, Oudendorpium ad Appuleium T. I. p. 802.

quo verbi numerus accommodatur numero non subiecti sed praedicati." Schaefer. Cf. Matth. §. 304.

12. ὅσα δ' αὐτῆς διακέκλεπται] Haec est generalis locutio, quae complectitur tum ea, quae fraude et consulto tutores furati sunt, tum quae eorum negligentia perierunt. Sequentia dispartiuntur res inter singulos tutores et omnes.

πρὸς τὸ αὐτὸ ὕδωρ] Ὕδωρ significat tempus, quod acturo causam concessum erat. Nempe antequam causa ageretur, in clepsydram certa aquae portio infundebatur, tum accusatori, tum reo, intra cuius defluxum absolvenda oratio erat. Πρὸς τὸ αὐτὸ ὕδωρ, tempore uni litigantium parti destinato.

τὰς γραφὰς ἀπενέγκωμεν] Ἀποφέρειν verbum est proprium de eo, qui causam defert ad magistratum, penes quem est iudicium constituere, cui ea iudicanda tradatur (πρὸς ἡγεμόνα τοῦ δικαστηρίου). Praepositio ἀπό videtur indicare τὸν ἀπενεγκόντα e manibus dimisisse causam nec delationem infectam reddere posse, sed accusationem persequi debere nec effugere posse poenam, si causa ceciderit.

μετὰ δὲ ταῦτα καὶ περὶ τῶν ἄλλων ὡς ἂν δύνωμαι διὰ βραχυτάτων.

13 Οὗτος γὰρ εὐθὺς μετὰ τὸν τοῦ πατρὸς θάνατον ᾤκει τὴν οἰκίαν εἰςελθὼν κατὰ τὴν ἐκείνου διαθήκην, καὶ λαμβάνει τά τε χρυσία τῆς μητρὸς καὶ τὰ ἐκπώματα τὰ καταλειφθέντα. καὶ ταῦτα μὲν ὡς εἰς πεντήκοντα μνᾶς εἶχεν, ἔτι δὲ τῶν ἀνδραπόδων τῶν πιπρασκομένων παρά τε Θηριππίδου καὶ Δημοφῶντος τὰς τιμὰς ἐλάμβανεν, ἕως ἀνεπληρώσατο τὴν προῖκα,

14 τὰς ὀγδοήκοντα μνᾶς. καὶ ἐπειδὴ εἶχεν, ἐκπλεῖν μέλλων εἰς Κέρκυραν τριήραρχος ἀπέγραφε ταῦτα πρὸς Θηριππίδην ἔχοντα ἑαυτόν, καὶ ὡμολόγει κεκομίσθαι τὴν προῖκα. καὶ τούτων μὲν πρῶτον Δημοφῶν καὶ Θηριππίδης, οἱ τούτου συνεπίτροποι, μάρτυρές εἰσιν· ἔτι δὲ καί, ὡς αὐτὸς ὡμολόγει ταῦτ' ἔχειν, Δημοχάρης τε ὁ Λευκονοεύς, ὁ τὴν τηθίδα τὴν ἐμὴν ἔχων, καὶ

15 ἄλλοι πολλοὶ μάρτυρες γεγόνασιν. οὐ γὰρ διδόντος τούτου σῖτον τῇ μητρί, τὴν δὲ προῖκα ἔχοντος, οὐδὲ

14. *εἰς Κέρκυραν*] Bekkerus ex optimo quidem suorum codicum scripsit *Κόρκυραν*. Sed ceteros omnes codices secutus sum, et quidem ea de scribendi ratione, quam exposui apud Aeschinem *κατὰ Κτησ.* §. 243. huius Bibliothecae Vol. XVI. p. 424. nec aliter unquam scribitur in Demosthene, ne in Bekkeri quidem editione.

μετὰ δὲ ταῦτα καὶ περὶ τῶν ἄλλων] Reiskius fluctuans haesitat, an non forsitàn elapsum sit verbum *διέξειμι*. Sed vere Schaeferus simplicissimum esse ait ex praecedente *ἐπιδείξω* subaudire verbum cognatae significationis, e. c. *ἐρῶ*. Reiskius in addendis iis, quae ex contextu facile supplentur, nimium erat curiosus.

ὡς ἂν δύνωμαι] Notandum optimum codicem addere *ἐγώ*: *ὡς ἂν ἐγὼ δύνωμαι*, quod fortasse iuvenis modestus addidit, memor orationis pressae Isaei, sui magistri.

14. *ἀπέγραφε ταῦτα*] *Ἀπογράφειν* h. l. est de sollemni et quasi publica professione, quam feceris, ut si fiat coram magistratu. Sic interdum.

15. *οὐ γὰρ διδόντος τούτου σῖτον τῇ μητρί*] Harpocration p. 163. L. *σῖτος*, inquit, *καλεῖται ἡ διδομένη πρόςοδος εἰς τροφὴν ταῖς γυναιξὶν ἢ τοῖς ὀρφανοῖς, ὡς ἐξ ἄλλων μαθεῖν ἔστι καὶ ἐκ τοῦ Σόλωνος πρώτου ἄξονος καὶ ἐκ τῆς Ἀριστοτέλους Ἀθηναίων πολιτείας.* Aphob. B. §. 11. *οὔτε αὐτὴν (τὴν προῖκα) οὔτε τὸν σῖτον ἀποδέδωκεν.* Fragmentum legis esse videtur apud Suidam in *σίτου· τροφῆς· σίτου δίκη*. Cf. Attisches Recht p. 425 ss.

τὴν δὲ προῖκα ἔχοντος] Ex lege enim, qui dotem habebat feminae, quacum matrimonio iunctus non

818.
τὸν οἶκον μισθοῦν ἐθέλοντος, ἀλλὰ μετὰ τῶν ἄλλων ἐπι-
τρόπων διαχειρίζειν ἀξιοῦντος, ἐποιήσατο λόγους περὶ
τούτων ὁ Δημοχάρης. οὗτος δ' ἀκούσας, οὔτ' ἠμφεσ-
βήτησε μὴ ἔχειν, οὔτε χαλεπῶς ἤνεγκεν, ὡς οὐκ εἰλη-
φώς, ἀλλ' ὡμολόγει καί τι μικρὸν ἔφη πρὸς τὴν ἐμὴν
μητέρα περὶ χρυσιδίων ἀντιλέγεσθαι· τοῦτ' οὖν διευ-
κρινησάμενος, καὶ περὶ τῆς τροφῆς καὶ περὶ τῶν ἄλλων
ποιήσειν οὕτως, ὥστ' ἔχειν μοι πάντα καλῶς. καίτοι, 16
εἰ φανήσεται πρός τε τὸν Δημοχάρη ταῦθ' ὡμολογηκὼς
καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους, οἳ παρῆσαν, παρά τε τοῦ Δημο-
φῶντος καὶ τοῦ Θηριππίδου τῶν ἀνδραπόδων εἰς τὴν
προῖκα τὰς τιμὰς εἰληφώς, αὐτός θ' ἑαυτὸν ἔχειν τὴν
προῖκα ἀπογράψας πρὸς τοὺς συνεπιτρόπους, οἰκῶν τε
τὴν οἰκίαν, ἐπειδὴ τάχιστα ἐτελεύτησεν ὁ πατήρ, πῶς
οὐκ ἐκ πάντων ὁμολογουμένου τοῦ πράγματος εὑρεθήσε-
ται φανερῶς τὴν προῖκα, τὰς ὀγδοήκοντα μνᾶς, κεκο-

15. ἠμφεσβήτησε] Sic ex optimo codice Bekkerus. Ἀμφισβητεῖν quidem haud dubie descendit ex ἀμφίς et βαίνω. Hinc formatur ex regula ἠμφισβήτουν, ἠμφισβήτησα cet. . Verum quum homines assueti essent compositionibus cum praepositione ἀμφί, iam primum ἀμφεσβήτουν irrupit et mox duplex obtinuit augmentum ἠμφεσβήτουν, ἠμφεσβήτησα: quod in Platone et oratoribus plerumque antiquissimi Bekkeri codd. obtulerunt. Haec exponit Buttmannus Gr. ampl. T. I. p. 845. et in notis.

16. τὸν Δημοχάρη] Sic Bekkerus ex optimo suo codice pro ceterorum τὸν Δημοχάρην, quod revocavit Dindorfius. Bekkerianum retinui in gratiam optimi codicis. Ceterum fateor cupidius mihi videri Bekkerum accusativum in η nominum propriorum in ης obtrusisse oratoribus, et assentior fere iis, quae scripsit Dindorfius p. VII. praefationis. „Huius formae (terminationis η in accusativo) quae in Demosthenicis codicibus vestigia supersunt, tenuiora sunt quam quibus quidquam tribuam.“ Ubi forma obtrusa fuit, visa est interdum morosa grammaticorum pervicacia dominari: quod haud raro in praestantissimis codicibus accidit.

erat, hunc oportebat pendere usuram duodevicenarum in centenas per mensem: quam legem mox citat Demosthenes.

οὐδὲ τὸν οἶκον μισθοῦν ἐθέλοντος] Ὁ οἶκος hic non est domus, aedificium, sed res familiaris omnis. Hoc est discrimen in iure Attico inter **τὸν οἶκον** et **τὴν οἰκίαν**: quod agnovit Boeckhius Staatsh. I. p. 379. n. 199. De hoc vocabuli usu imprimis Valckenaer consulendus ad Herodot. VII. 224.

ἠμφεσβήτησε μὴ ἔχειν] Ἀμφισβητεῖν sequente μὴ cum infinitivo verti potest nego esse. Proprie dicendum ἀμφισβητεῖν absolute positum esse significatione controversandi, tum vero infinitivum sequi cum negatione ut appositionem, quae in-

μισμένος, καὶ λίαν ἀναιδῶς μὴ λαβεῖν ἐξαρνούμενος;
17 Ἀλλὰ μήν, ὡς ἀληθῆ λέγω, λαβὲ τὰς μαρτυρίας καὶ
ἀνάγνωθι.

ΜΑΡΤΥΡΙΑΙ.

Τὴν μὲν τοίνυν προῖκα τοῦτον τὸν τρόπον ἔχει
λαβών. μὴ γήμαντος δ' αὐτοῦ τὴν μητέρα τὴν ἐμήν,
ὁ μὲν νόμος κελεύει τὴν προῖκα ὀφείλειν ἐπ' ἐννέα
ὀβολοῖς, ἐγὼ δ' ἐπὶ δραχμῇ μόνον τίθημι. γίγνεται
δ', ἐάν τις συντιθῇ, τό τ' ἀρχαῖον καὶ τὸ ἔργον τῶν δέκα
18 ἐτῶν μάλιστα τρία τάλαντα. καὶ ταῦτα μὲν οὕτως ὑμῖν
ἐπιδείκνυμι λαβόντα καὶ ἔχειν ὁμολογήσαντα μαρτύρων
ἐναντίον τοσούτων· ἄλλας τοίνυν ἔχει τριάκοντα μνᾶς,
τοῦ ἐργαστηρίου λαβὼν τὴν πρόςοδον, καὶ ἀναισχυντό-
τατ' ἀνθρώπων ἀποστερεῖν ἐπικεχείρηκεν. ἐμοὶ δ' ὁ πα-
τὴρ κατέλιπε τριάκοντα μνᾶς ἀπ' αὐτῶν τὴν πρόςοδον·
ἀποδομένων δὲ τούτων τὰ ἡμίσεα τῶν ἀνδραπόδων,
πεντεκαίδεκά μοι μνᾶς γίγνεσθαι κατὰ λόγον προςῆκεν.
19 Θηριππίδης μὲν οὖν, ἑπτὰ ἔτη τῶν ἀνδραπόδων ἐπιμε-
ληθείς, ἕνδεκα μνᾶς τοῦ ἐνιαυτοῦ ἀπέφηνε, τέτταρσι
μναῖς καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν ἔλαττον ἢ ὅσον προςῆκε λο-
γιζόμενος· οὗτος δέ, δύ' ἔτη τὰ πρῶτα ἐπιμεληθείς,
οὐδ' ὁτιοῦν ἀποδείκνυσιν, ἀλλ' ἐνίοτε μέν φησιν ἀργῆ-
σαι τὸ ἐργαστήριον, ἐνίοτε δ', ὡς αὐτὸς μὲν οὐκ ἐπεμε-
λήθη τούτων, ὁ δ' ἐπίτροπος, Μιλύας, ὁ ἀπελεύθερος
ὁ ἡμέτερος, διῴκησεν αὐτά, καὶ παρ' ἐκείνου μοι προςή-
20 κει λόγον λαβεῖν. ἂν οὖν καὶ νῦν εἴπῃ τινὰ τούτων τῶν
λόγων, ῥᾳδίως ἐλεγχθήσεται ψευδόμενος. ἐὰν μὲν οὖν
ἀργὸν φῇ γενέσθαι, λόγον αὐτὸς ἀπενήνοχεν ἀναλωμά-
των οὐκ εἰς σιτία τοῖς ἀνθρώποις, ἀλλ' εἰς ἔργα, τὸν

17. λαβὲ] Hoc accentu scripsit Bekkerus ubique sine varietate, secundum praeceptum, opinor, optimorum antiquorum grammaticorum, quod vide apud Gregorium Corinth. p. 121. LVII. Schaef. cum annotationibus interpretum.

dicet, quid in controversia neget is, qui est subiectum verbi ἀμφιςβητεῖν. Conf. quem citavi Buttmannum ad §. 1.

20. ἔργα] Hoc loco et post saepius §. 21. sunt ἔργα opera a servis in officina elaborata, v. c. cultri, gladii. Sic etiam §. 33. ubi Reiskius dubitat de vocabuli significatione.

εἰς τὴν τέχνην ἐλέφαντα καὶ μαχαιρῶν λαβὰς καὶ ἄλλας ἐπισκευάς, ὡς ἐργαζομένων τῶν δημιουργῶν. ἔτι δὲ Θηριππίδῃ τριῶν ἀνδραπόδων, ἃ ἦν αὐτῷ ἐν τῷ ἐμῷ ἐργαστηρίῳ, μισθὸν ἀποδεδωκέναι λογίζεται. καίτοι μὴ γενομένης ἐργασίας, οὔτε ἐκείνῳ λαβεῖν μισθόν, οὔτ᾽ ἐμοὶ τὰ ἀναλώματα ταῦτα λογισθῆναι προσῆκεν. εἰ 21
δ᾽ αὖ γενέσθαι μὲν φήσει, τῶν δ᾽ ἔργων ἀπρασίαν εἶναι, δεῖ δήπου τά γε ἔργα αὐτὸν ἀποδεδωκότα μοι φαίνεσθαι, καὶ ὧν ἐναντίον ἀποδέδωκε παρασχέσθαι μάρτυρας. εἰ δὲ μηδὲν τούτων πεποίηκε, πῶς οὐκ ἔχει τὴν πρόσοδον δυοῖν ἐτοῖν τὴν ἐκ τοῦ ἐργαστηρίου, τὰς τριάκοντα μνᾶς, φανερῶς οὕτω τῶν ἔργων γεγενημένων; εἰ δ᾽ αὖ τούτων 22
μὲν μηδὲν ἐρεῖ, Μιλύαν δ᾽ αὐτὰ φήσει πάντα διῳκηκέναι, πῶς χρὴ πιστεύειν, ὅταν φῇ τὰ μὲν ἀναλώματα αὐτὸς ἀνηλωκέναι, πλέον ἢ πεντακοσίας δραχμάς, λῆμμα δ᾽ εἴ τι γέγονεν, ἐκεῖνον ἔχειν; ἐμοὶ μὲν γὰρ δοκεῖ τοὐναντίον ἂν γενέσθαι τούτων, εἰ καὶ Μιλύας αὐτῶν ἐπεμελεῖτο, τὰ μὲν ἀναλώματ᾽ ἐκεῖνος ἀναλῶσαι, τὰ δὲ λήμματα οὗτος λαβεῖν, εἴ τι δεῖ τεκμαίρεσθαι πρὸς τὸν ἄλλον αὐτοῦ τρόπον καὶ τὴν ἀναίδειαν. Λαβὲ οὖν τὰς μαρτυρίας ταύτας καὶ ἀνάγνωθι αὐτοῖς.

ΜΑΡΤΥΡΙΑΙ.

Ταύτας τοίνυν ἔχει τριάκοντα μνᾶς ἀπὸ τοῦ ἐρ- 23
γαστηρίου, καὶ τὸ ἔργον αὐτῶν ὀκτὼ ἐτῶν ὃ ἐὰν ἐπὶ δραχμῇ τις τιθῇ μόνον, ἄλλας τριάκοντα μνᾶς εὑρήσει. καὶ ταῦτα μὲν ἰδίᾳ μόνος εἴληφεν ἃ συντεθέντα πρὸς τὴν προῖκα μάλιστα τέτταρα τάλαντα γίγνεται σὺν τοῖς ἀρχαίοις. ἃ δὲ μετὰ τῶν ἄλλων ἐπιτρόπων κοινῇ διήρπακε, καὶ ὅσα ἔνια μηδὲ καταλειφθῆναι παντάπασιν

23. ὅσα ἔνια] Notabilem locutionem appellat Schaeferus, qui nihil similius legere meminit quam quod olim vulgabatur apud Herod. VII. 187. προδοῦναι τὰ ῥέεθρα τῶν ποταμῶν ἐνίων: hodie legitur ἔστι τῶν. Notabile nimirum est, quod generali additur speciale eodem casu, quum soleat plerumque generale in genitivo pendere ex parte. Est igitur eius constructionis, qua totum et pars eodem regimine ponuntur. Simillimum nostro loco videtur Ol. III. p. 31. λέγω δὲ τοὺς περὶ τῶν θεωρικῶν, σαφῶς οὑτωσί, καὶ τοὺς περὶ τῶν στρατευομένων ἐνίους, ubi quum H. Wolfius et Reiskius pro τοὺς opinarentur τῶν legendum, vel τοὺς ille delendum censeret, locum recte emendavit Schaeferus.

ἠμφεσβήτηκε, ταῦθ' ὑμῖν ἤδη ἐπιδείξω καθ' ἓν ἕκαστον.
24 πρῶτον μὲν οὖν περὶ τῶν κλινοποιῶν, οὓς κατέλιπε μὲν ὁ πατήρ, ἀφανίζουσι δ' οὗτοι, τετταράκοντα μὲν μνῶν ὑποκειμένους, εἴκοσι δ' ὄντας τὸν ἀριθμόν, ἐπιδείξω ὑμῖν, ὡς λίαν ἀναιδῶς καὶ φανερῶς με ἀποστεροῦσιν. τούτους γὰρ καταλειφθῆναι μὲν οἴκοι παρ' ἡμῖν πάντες ὁμολογοῦσι, καὶ τὰς δώδεκα μνᾶς ἑκάστου τοῦ ἐνιαυτοῦ τῷ πατρὶ γίγνεσθαί φασιν· αὐτοὶ δὲ λῆμμα μὲν παρ' αὐτῶν ἐν δέκα ἔτεσιν οὐδὲν ἐμοὶ γεγενημένον ἀποφαίνουσιν ἀλλ' οὐδὲ μικρόν. ἀνάλωματος δὲ κεφάλαιον εἰς αὐτοὺς οὗτος ὀλίγου δεῖν λογίζεται χιλίας· εἰς τοῦτ' ἀναιδείας
25 ἐλήλυθεν. αὐτοὺς δὲ τοὺς ἀνθρώπους, εἰς οὓς ταῦτ' ἀναλωκέναι φησίν, οὐδαμοῦ μοι παραδεδώκασιν, ἀλλὰ πάντων κενώτατον λόγον λέγουσιν, ὡς ὁ ὑποθεὶς τῷ πατρὶ τἀνδράποδα πονηρότατος ἀνθρώπων ἐστὶ καὶ ἐράνους τε λέλοιπε πλείστους καὶ ὑπέρχρεως γέγονε, καὶ

23. ἠμφεσβήτηκε] Ita ex optimo suo Schaeferus pro vulgato ἠμφισβήτηκε. Cf. §. 15.

25. κενώτατον] Dindorfius cum Ang. pr. κενότατον scripsit: quam grammaticam anomaliam tradunt antiqui grammatici haesisse ex Ionica dialecto in duorum adiectivorum στενός et κενός (Ion. στεινός et κεινός) comparativis. Verum grammaticorum potius hanc esse putidam litem acriter in scholis agitatam, quam formam in scriptorum usum receptam, existimo; atque etiam hunc Aug. pr. manum correctricem grammatici aus[illegible]ri passum esse iam plus semel cognovimus; nec ego aliter sentir[illegible]e ista re possum ac sensit Fr. Fischerus ad Wellerum II. p. [illegible]sq., atque etiam optimos Bekkeri codices a putida hac grammaticorum fatuitate liberos se servasse tum in Platone tum in oratoribus est quod gaudeam.

Sic etiam generali iunctam certam partem, in qua coniunctione offendebat Reiskius, recte vindicat Schaeferus περὶ εἰρ. p. 59. l. 27. δι' ἃ ἂν ὑμῖν εἴπω δύο: δύο, inquit, ut explicationis causa subiunctum per se intelligi oportet. Simillimum est quod legitur περὶ στεφ. §. 12. p. 229. R. τὰ μὲν οὖν κατηγορημένα πολλὰ καὶ δεινά, καὶ περὶ ὧν ἐνίων μεγάλας καὶ τὰς ἐσχάτας οἱ νόμοι τάττουσι τιμωρίας.

24. ἀποφαίνουσιν ἀλλ' οὐδὲ μικρόν] Iunxi cum Dindorfio sine interpunctione. Ἀλλ' οὐδὲ μικρόν est negatio fortis, quae non per se quasi enuntiationem efficit, sed inhaeret enuntiationi pro Graeca alacritate, clausulam faciens.

25. ἐράνους τε λέλοιπε πλείστους] Ἔρανοι sunt stipes collectae ab amicorum aliquo in usum eius, qui adversam fortunam passus erat, ea lege, ut, si deus aliquando meliora daret, tantundem ipse restitueret, quantum illi erogatum esset: quem laudabilem apud Graecos morem exposuit Casaubonus ad Theophrasti Charr. XV. 2. Qui

τούτων οὐκ ὀλίγους κεκλήκασι κατ' ἐκείνου μάρτυρας. τὰ δ' ἀνδράποδα ὅςτις ἐστὶν ὁ λαβών, ἢ πῶς ἐκ τῆς οἰκίας ἐξῆλθεν, ἢ τίς ἀφείλετο, ἢ πρὸς τίνα δίκην ἥττηνται περὶ αὐτῶν, οὐκ ἔχουσιν εἰπεῖν. καίτοι, εἴ τι ἔλεγον ὑ- 26
γιές, οὐκ ἂν κατὰ τῆς ἐκείνου πονηρίας παρείχοντο μάρτυρας, ἧς οὐδέν μοι προςήκει φροντίζειν, ἀλλὰ τούτων ἂν ἀντελαμβάνοντο, καὶ τοὺς λαβόντας ἀπεδείκνυσαν, καὶ οὐδὲν ἂν αὐτῶν παρέλειπον. νῦν δ' ὠμότατ' ἀνθρώπων ὁμολογοῦντες καταλειφθῆναι, καὶ λαβόντες ὡς αὑτούς, καὶ καρπωσάμενοι δέκα ἔτη τοὺς ἀνθρώπους, ἄρδην ὅλον τὸ ἐργαστήριον ἀφανίζουσιν. Καὶ ταῦθ' ὡς ἀληθῆ λέγω, λαβέ μοι τὰς μαρτυρίας καὶ ἀναγίγνωσκε.

ΜΑΡΤΥΡΙΑΙ.

27 Ὅτι τοίνυν οὐκ ἄπορος ἦν ὁ Μοιριάδης, οὐδ' ἦν τῷ πατρὶ τοῦτο τὸ συμβόλαιον εἰς τἀνδράποδα ἠλιθίως συμβεβλημένον, μεγίστῳ τεκμηρίῳ γνώσεσθε. λαβὼν γὰρ ὡς ἑαυτὸν Ἄφοβος τοῦτο τὸ ἐργαστήριον, ὡς αὐτοὶ τῶν μαρτύρων ἠκούσατε, καὶ δέον αὐτόν, εἰ καί τις

ἢ τίς ἀφείλετο, ἢ πρὸς τίνα δίκην ἥττηνται περὶ αὐτῶν] Recte restituta sunt pronomina interrogativa pro indefinitis. Est enim interrogatio obliqua: Quis rapuerit, aut adversus quem causa ceciderint super his, mancipiis.

colligebat, dicebatur *ἐρανίζειν* vel *ἔρανον συλλέγειν*; qui dabat, *ἔρανον φέρειν* vel *εἰςφέρειν*, *ὑποτελεῖν*. Qui promiserat se collaturum, promissionem vero non praestiterat, dicebatur *λείπειν ἔρανον*, quod h. l. habemus. Si quis vero rebus adversis liberatus ἔρανον restitueret, dicebatur *ἀποδοῦναι ἔρανον*.

26. *τούτων ἂν ἀντελαμβάνοντο*] Haec urgerent, scilicet quae orator §. antecedente facienda fuisse dixerat. *Schaefer.* *Ἀντιλαμβάνεσθαι πραγμάτων* est locutio frequens Demostheni: cum studio et assiduitate, etiam cum summis laboribus nec sine periculis studiose aliquid agere, rei adhaerere. De re praeteriti temporis loquitur quasi de praesente. Hinc *ἂν* cum imperfecto, quemadmodum apud Latinos in sermone rhetorico imperfectum coniunctivi pro plusquamperfecto ponitur. Sic etiam *ἀπεδείκνυσαν*. Dolendum quod in tertio verbo *παρέλειπον* editionem Bekkeri Oxoniensem per typographi errorem aoristus intraverit, quod apparet ex subiecta varia lectione: *παρέλειπον*] *παρέλιπον* SFr. Si Bekkerus ipse aoristum dedisset, varia lectio haec esset: *παρέλιπον*] Vulgo *παρέλειπον*. Is autem typographicus error etiam in editione Berolinensi et Dindorfiana retinetur. Recte autem Schaefero imperfectum magis placet, et molestum profecto fuerit repente rhetorica arte oratorem excidisse. *Αὐτῶν* ante *παρέλειπον* item est neutrum, et spectat eadem, quae *τούτων* ab initio.

ἄλλος ἐβούλετο εἰς ταῦτα συμβάλλειν, τοῦτον διακωλύειν, ἐπίτροπόν γ' ὄντα, αὐτὸς ἐπὶ τούτοις τοῖς ἀνδραπόδοις τῷ Μοιριάδῃ πεντακοσίας δραχμὰς ἐδάνεισεν, ἃς ὀρθῶς καὶ δικαίως παρ' ἐκείνου κεκομίσθαι ὡμολόγηκεν.
28 καίτοι πῶς οὐ δεινόν, εἰ ἡμῖν μὲν πρὸς τῷ λῆμμά τι ἀπ' αὐτῶν μηδὲν γεγονέναι καὶ αὐτὰ τὰ ὑποτεθέντα ἀπόλωλεν, οἷ πρότερον συνεβάλομεν, τῷ δ' εἰς τὰ ἡμέτερα δανείσαντι καὶ τοσούτῳ χρόνῳ ὕστερον πράξαντι καὶ οἱ τόκοι καὶ τἀρχαῖα ἐκ τῶν ἡμετέρων ἀποδέδονται, καὶ οὐδεμία ἀπορία γέγονεν; Ἀλλὰ μήν, ὡς ἀληθῆ λέγω, λαβὲ τὴν μαρτυρίαν καὶ ἀνάγνωθι.

ΜΑΡΤΥΡΙΑ.

29 Σκέψασθε τοίνυν, ὅσον ἀργύριον οὗτοι παρὰ τοὺς κλινοποιοὺς κλέπτουσι, τετταράκοντα μὲν μνᾶς, αὐτὸ τὸ ἀρχαῖον, δέκα δ' ἐτῶν τὸ ἔργον αὐτῶν, δύο τάλαντα. δώδεκα γὰρ μνᾶς ἑκάστου τοῦ ἐνιαυτοῦ τὴν πρόσοδον αὐτῶν ἐλάμβανον. ἆρα μικρόν τι καὶ ἐξ ἀφανοῦς ποθεν; καὶ παραλογίσασθαι ῥᾴδιον; ἀλλ' οὐ φανερῶς οὑτωσὶ μικροῦ δεῖν τρία τάλαντα ταῦτα ἀνηρπάκασιν; ὧν κοινῇ διαπεφορημένων τὸ τρίτον δήπου μέρος παρὰ τούτου μοι προσήκει κεκομίσθαι.

30 Καὶ μήν, ὦ ἄνδρες δικασταί, καὶ τὰ περὶ τοῦ ἐλέφαντος καὶ σιδήρου τοῦ καταλειφθέντος παραπλήσιά πως τούτοις πεποιήκασιν· οὐδὲ γὰρ τοῦτον ἀποφαίνουσιν. καίτοι κεκτημένον μὲν τοσούτους κλινοποιούς, κεκτημένον δὲ μαχαιροποιούς, οὐχ οἷόν τε μὴ οὐχὶ καὶ σίδηρον καὶ ἐλέφαντα καταλιπεῖν, ἀλλ' ἀνάγκη ταῦτά

[28. πρὸς τῷ λῆμμά τι — μηδὲν γεγονέναι] Ne quis offendat in verbis τι μηδέν in una enuntiatione copulatis, monendum μηδέν fortius dictum esse pro simplici μή vel pro μηδ' ἕν. Sed abesse malim τι, quod et Bekk. retinuit, sine dubio codd. auctoritate permotus. V. C. F. R.].

29. παραλογίσασθαι ῥᾴδιον] In quo error computandi facile subrepit, ut nemini malitiae verti possit, sed tribuendus sit vel negligentiae, vel, quod aequius est, humanitati. Eodem spectat ἐξ ἀφανοῦς ποθεν, hoc est, quasi de coelo delapsum, ἕρμαιον, munus fortunae, ut quis quasi ipse nesciat, quo modo res in suas manus venerit.

30. οὐχ οἷόν τε μὴ οὐχὶ — καταλιπεῖν] Μὴ οὐχί infinitivo iunctum antecedente locutione negativa modesta est negatio: fieri non potest, quin facile intelligatur reliquisse. Sententiam formae in

γ' ὑπάρχειν· τί γὰρ ἂν εἰργάζοντο, τούτων μὴ ὑπαρξάν-
των; τὸν τοίνυν πλέον ἢ πεντήκοντα ἀνδράποδα κεκτη- 31
μένον καὶ δυοῖν τέχναιν ἐπιμελούμενον, ὧν θάτερον ἐρ-
γαστήριον εἰς τὰς κλίνας ῥᾳδίως δύο μνᾶς τοῦ μηνὸς
ἀνήλισκεν ἐλέφαντος, τὸ δὲ μαχαιροποιεῖον οὐκ ἔλαττον
ἢ τοσοῦτον ἕτερον σὺν σιδήρῳ, τοῦτον οὔ φασι κατα-
λιπεῖν οὐδὲν τούτων· εἰς τοῦτ' ἀναιδείας ἐληλύθασιν.
ὅτι μὲν οὖν οὐ πιστὰ λέγουσι, καὶ ἐκ τούτων αὐτῶν 32
ῥᾴδιόν ἐστι μαθεῖν· ὅτι δ' ἐκεῖνος κατέλιπε τοσοῦτον
τὸ πλῆθος, ὥςτε μὴ μόνον ἱκανὸν εἶναι κατεργάζεσθαι
τοῖς ἑαυτοῦ δημιουργοῖς, ἀλλὰ καὶ τῷ βουλομένῳ προς-
ωνεῖσθαι τῶν ἄλλων, ἐκεῖθεν φανερόν, ὅτι αὐτός τε
ἐπώλει ζῶν, καὶ Δημοφῶν καὶ οὗτος, τοῦ πατρὸς ἤδη
τετελευτηκότος, ἐκ τῆς οἰκίας τῆς ἐμῆς ἀπεδίδοντο τοῖς
βουλομένοις. καίτοι πόσον τινὰ χρὴ τὸν καταλειφθέντα 33
νομίζειν εἶναι, ὅταν φαίνηται τηλικούτοις τε ἐργαστη-
ρίοις ἐξαρκῶν, καὶ χωρὶς ὑπὸ τῶν ἐπιτρόπων πιπρα-
σκόμενος; ἆρ' ὀλίγον; ἀλλ' οὐ πολλῷ πλείω τῶν ἐγκε-
κλημένων; Λαβὲ τοίνυν τὰς μαρτυρίας ταυτασὶ καὶ
ἀνάγνωθι αὐτοῖς.

ΜΑΡΤΥΡΙΑΙ.

Τούτου τοίνυν τοῦ ἐλέφαντός ἐστι πλέον ἢ τάλαντον, ὃν οὔτε αὐτὸν οὔτε τὸ ἔργον μοι ἀποφαίνουσιν, ἀλλὰ καὶ τοῦτον ἄρδην ἀφανίζουσιν ὅλον.

variis, quae locum habent, rationibus exposuit Hermannus ad Vigerum p. 800. s. tironibus tradidit Rost. Gr. §. 135. 7. b. β. p. 540. ed. tert.

31. *μαχαιροποιεῖον*] Hoc vocabulum mirum quod in lexicis deest, nec a glossographorum vel grammaticorum quoquam id notatum legi. Dubiae tamen nec auctoritatis nec significationis esse potest. *Μαχαιροποιός*, artifex cultrorum, gladiorum, habent lexica. Hinc per derivationis syllabam *εῖον*, quae officinam vel tabernam significat, *μαχαιροποιεῖον* est quod circumscribunt Graeci *ἐργαστήριον μαχαιροποιῶν*, ut *μαχαιροπωλεῖον* est *σκηνὴ μαχαιροπωλῶν*. In substantivis exeuntibus in *εύς*, *ος*, *ης* derivatio in *εῖον* locum habet. Cf. exempla a Fischero ad Wellerum I. p. 285. collecta.

τοσοῦτον ἕτερον] Alterum tantum, tantundem, i. e. *δύο μνᾶς τοῦ μηνός*, tantam summam, quanta ea est, quae ante nominatur.

32. *προςωνεῖσθαι*] Aut vocabulum hoc significationem habet, quam partes solutae, ita ut *πρός* idem sit, quod *ἔτι δέ*, *προςέτι*, aut vocabula separanda, ut *πρός* sit adverbium, eam significationem habens, quam habent quae posui adverbia. Posterius suasit Schaeferus ad oratio-

34 Ἔτι τοίνυν, ὦ ἄνδρες δικασταί, παρὰ τὸν λόγον, ὃν ἀποφέρουσιν, ἐξ ὧν αὐτοὶ λαβεῖν ὁμολογοῦσιν, ἐπιδείξω ὑμῖν τρεῖς μὲν ὄντας αὐτοὺς πλέον ἢ ὀκτὼ τάλαντα ἐκ τῶν ἐμῶν ἔχοντας, ἰδίᾳ δ' ἐκ τούτων Ἄφοβον τρία τάλαντα καὶ χιλίας εἰληφότα, τά τ' ἀναλωμένα χωρὶς τούτων πλείω τιθεὶς καὶ ὅσα ἐκ τούτων ἀπέδοσαν ἀφαιρῶν, ἵν' εἰδῆτε, ὅτι οὐ μικρᾶς ἀναιδείας
35 τὰ ἐγχειρήματ' αὐτῶν ἐστιν. λαβεῖν γὰρ ἐκ τῶν ἐμῶν ὁμολογοῦσιν, οὗτος μὲν ὀκτὼ καὶ ἑκατὸν μνᾶς, χωρὶς ὧν ἔχοντ' αὐτὸν ἐγὼ ἐπιδείξω νῦν, Θηριππίδης δὲ δύο τάλαντα, Δημοφῶν δ' ἑπτὰ καὶ ὀγδοήκοντα μνᾶς. τοῦτο δέ ἐστι πέντε τάλαντα καὶ πεντεκαίδεκα μναῖ. τούτου τοίνυν ὃ μὲν οὐκ ἄθρουν ἐλήφθη σχεδόν εἰσιν ἑβδομήκοντα μναῖ καὶ ἑπτά, ἡ πρόσοδος ἡ ἀπὸ τῶν ἀνδραπόδων· ὃ δ' εὐθὺς ἔλαβον οὗτοι, μικροῦ δέοντα τέτταρα

35. ἄθρουν] Sic optimus Bekkeri codex et alter pro ceterorum et vulgato ἀθρόον. Iam inter antiquos grammaticos varie accentus et flexio vocabuli agitabatur. Etymolog. M. p. 25. l. 54. ἀθρόον προπαροξύνεται. σημαίνει τὸν αἰφνίδιον. παροξύνει δὲ τὸν συνηθροισμένον καὶ δασύνει Ὅμηρος. Thomas M. ἀθρόους Ἀττικοί, οὐκ ἄθρους. Ἄθρους δὲ ὁ μὴ θόρυβον ποιῶν δόκιμον. Aristarchus imprimis urgebat ἁθρόος cum spiritu aspero scribendum esse, contendens ex ἅμα ortum esse ἁ, ut in ἅπας, quod sit ἅμα πᾶς. Talia longo tempore post Atticam aetatem per morositatem superbi alicuius grammatici obtrusa sunt Atticis. Hodienum etiam est servum imitatorum pecus.

μικροῦ δέοντα τέτταρα τάλαντα] Sic Bekkerus ex optimo codice pro vulgato δέον. Μικροῦ δεῖν formula est significans paene. Haec vero formula transiit in constructionem participialem, in qua participium constructum refertur ad nomen summae, ad quam aliquid deficit, eamque constructionem saepe librarii corruperunt in neutrum δέον: quae forma Atticis est participium absolutum verbi impersonalis δεῖ. Infra §. 37. p. 825. l. 8. εἰςενηνοχέναι λογίζονται δυοῖν δεούσας εἴκοσι μνᾶς. πρὸς Λεπτίνην p. 480. §. 77. πεντήκοντα μιᾶς δεούσας ἔλαβεν αἰχμαλώτους τριήρεις.

nem contra Aristocrat. p. 650. l. 25.

34. παρὰ τὸν λόγον] Solent παρά interpretari ex, secundum, et positum esse dicunt pro διά. Ne vero opineris utramque praepositionem idem prorsus significare; nec παρά simpliciter causam vel rationem indicat, sed rei momentum exprimit, cuius vim si verbo significare velis, est imprimis propter. Cf. Orellium nostrum in Supplemento ad Vol. I. editionis Aeschineae nostrae Turicensis p. XXIII. Recurrit item §. 48.

χωρὶς τούτων πλείω τιθεὶς] χωρίς est absolute positum: si seorsim computentur. τοῦ-

*τάλαντα· οἷς τὸ ἔργον ἂν προςθῆτε ἐπὶ δραχμῇ μόνον,
τῶν δέκα ἐτῶν ὀκτὼ τάλαντα εὑρήσετε σὺν τοῖς ἀρχαίοις
καὶ χιλίας γιγνομένας. τὴν μὲν τοίνυν τροφὴν ἀπὸ τῶν* 36
*ἑβδομήκοντα μνῶν καὶ ἑπτὰ λογιστέον τῶν ἀπὸ τοῦ
ἐργαστηρίου γιγνομένων. Θηριππίδης γὰρ ἑπτὰ μνᾶς
ἐδίδου καθ' ἕκαστον τὸν ἐνιαυτὸν εἰς ταῦτα, καὶ ἡμεῖς
τοῦτο λαβεῖν ὁμολογοῦμεν. ὥςτε, ἑβδομήκοντα μνᾶς ἐν
τοῖς δέκα ἔτεσιν εἰς τροφὴν τούτων ἡμῖν ἀνηλωκότων,
τὸ περιὸν τὰς ἑπτακοσίας προςτίθημι αὐτοῖς, καὶ τούτῳ
πλείω εἰμὶ τεθεικώς. ὃ δ' ἐμοὶ δοκιμασθέντι παρέδοσαν,
καὶ ὅσον εἰς τὴν πόλιν εἰςενηνόχασι, τοῦτο ἀπὸ τῶν
ὀκτὼ ταλάντων καὶ τοῦ προςόντος ἀφαιρετέον ἐστίν.
ἀπέδοσαν μὲν τοίνυν οὗτος καὶ Θηριππίδης μίαν καὶ* 37
*τριάκοντα μνᾶς, εἰςφορὰς δ' εἰςενηνοχέναι λογίζονται
δυοῖν δεούσας εἴκοσι μνᾶς. ἐγὼ δ' ὑπερβαλὼν τοῦτο
ποιήσω τριάκοντα μνᾶς, ἵνα πρὸς ταῦτα μηδ' ἀντειπεῖν
ἔχωσιν. οὐκοῦν ἂν ἀφέλητε τὸ τάλαντον ἀπὸ τῶν ὀκτὼ
ταλάντων, ἑπτὰ τὰ λειπόμενά ἐστι, καὶ ταῦτ', ἐξ ὧν
αὐτοὶ λαβεῖν ὁμολογοῦσι, τούτους ἔχειν ἐστὶν ἀναγκαῖον.
τοῦτο τοίνυν, εἰ καὶ τἄλλα πάντα ἀποστεροῦσιν, ἀρ-
νούμενοι μὴ ἔχειν, ἀποδοῦναι προςῆκεν, ὁμολογοῦντάς*

36. *τούτῳ πλείω εἰμὶ τεθεικώς*] Optimus Bekkeri codex *τού-των*, quod non displicet Schaefero, provocanti ad p. 824. l. 10. §. 34. *τά τ' ἀναλώματα χωρὶς τούτων πλείω τιθείς*. Mihi dativus videtur praeferendus, ad comparativum *πλείω* significans rationem mensurae aut gradus. Cf. Matthiae §. 405. 7. p. 549. Rost. §. 106. not. 4. Eadem notio oratoris animo obversabatur §. 37. *ἐγὼ δ' ὑπερβαλὼν τοῦτο ποιήσω τριάκοντα μνᾶς*.

των πλείω τιθείς: quae equidem maioris taxo, quam hi ipsi. Ita vere correxit Schaeferus Reiskium, qui sententiam quidem recte divinans *τούτων* cum *χωρίς*, non cum *πλείω* iungendum opinabatur.

36. *τὴν μὲν τοίνυν τροφὴν*] Vitae necessitates omnes in usum Demosthenis cum matre et sorore, i. q. supra §. 15. *σῖτος*.

37. *μίαν καὶ τριάκοντα μνᾶς*] Bonum vero civem, vere patriae amantem, oportebat id maximo dolore afficere, quod quae maiores reipublicae per omnis generis *λειτουργίας* praestiterant, ipse spoliatus a tutoribus ipsorum culpa, non sua, praestare non poterat. Hinc nobilis spirat indignatio §. 64. p. 833. fin. *ὁ δ' ἐμὸς (οἶκος) τριηραρχεῖν εἰθισμένος καὶ μεγάλας εἰςφορὰς εἰςφέρειν μηδὲ μικρὰς δυνήσεται διὰ τὰς τούτων ἀναισχυντίας*; de qua hyperbole egregia monet Boeckhius Staatshaushaltung II. 73.

38 γε λαβεῖν ταῦτα ἐκ τῶν ἐμῶν. νῦν δὲ τί ποιοῦσιν; ἔργον μὲν οὐδὲν ἀποφαίνουσι τοῖς χρήμασιν, αὐτὰ δὲ τὰ ἀρχαῖα πάντα ἀναλωκέναι φασὶ σὺν ταῖς ἑπτὰ καὶ ἑβδομήκοντα μναῖς· Δημοφῶν δὲ καὶ προσοφείλοντας ἡμᾶς ἐνέγραψεν. ταῦτ' οὐ μεγάλη καὶ περιφανὴς ἀναισχυντία; ταῦτ' οὐχ ὑπερβολὴ δεινῆς αἰσχροκερδείας; τί οὖν ποτ' ἐστι τὸ δεινόν, εἰ μὴ ταῦτα δόξει τηλικαύτας ὑπερ-
39 βολὰς ἔχοντα; οὗτος τοίνυν τὸ καθ' αὐτὸν ὀκτὼ καὶ ἑκατὸν μνᾶς λαβεῖν ὁμολογῶν, ἔχει καὶ αὐτὰς καὶ τὸ ἔργον δέκα ἐτῶν, μάλιστα τρία τάλαντα καὶ χιλίας. Καὶ ταῦθ' ὡς ἀληθῆ λέγω, καὶ ἐν τοῖς λόγοις τοῖς τῆς ἐπιτροπῆς τὸ λῆμμα ἕκαστος τοῦθ' ὁμολογῶν λαβεῖν ἅπαν ἀναλωκέναι λογίζεται, λαβὲ τὰς μαρτυρίας καὶ ἀνάγνωθι.

ΜΑΡΤΥΡΙΑΙ.

40 Νομίζω τοίνυν, ὦ ἄνδρες δικασταί, περὶ τούτων ἱκανῶς μὲν ὑμᾶς μεμαθηκέναι, καὶ ὅσα κλέπτουσι καὶ κακουργοῦσιν ἕκαστος αὐτῶν. ἔτι δ' ἀκριβέστερον ἔγνωτ' ἄν, εἴ μοι τὰς διαθήκας ἃς ὁ πατὴρ κατέλιπεν οὗτοι ἀποδοῦναι ἠθέλησαν. ἐν γὰρ ἐκείναις ἐγέγραπτο, ὥς φησιν ἡ μήτηρ, ἃ κατέλιπεν ὁ πατὴρ πάντα, καὶ ἐξ ὧν ἔδει τούτους λαβεῖν τὰ δοθέντα, καὶ τὸν οἶκον
41 ὅπως μισθώσοιτο. νῦν δ' ἀπαιτοῦντος ἐμοῦ, κατα-

40. ὅσα κλέπτουσι καὶ κακουργοῦσιν] Sic Bekkerus ex omnibus suis codicibus; vulgo καὶ ὅσα κακουργοῦσιν. Atque iam ante aberat tum in antiquis editionibus, tum in optimis codicibus. Vocabulum ὅσα Reiskium in errorem induxit, ut opinaretur κλέπτειν et κακουργεῖν quanquam synonyma diversas tamen generis partes indicare. Κλέπτει, inquit, aliquis, quae ipse sibi servat; κακουργεῖ, quae sinit alium furari. Eum corrigens Schaeferus, κακουργεῖν, inquit, omnino est κακὸν πράττειν; κλέπτειν est pars, κακουργεῖν genus.

38. ἡμᾶς] Iuvenem Demosthenem in plurali locutum esse existimemus non de se uno, sed cogitantem de familia.

40. ὅπως μισθώσοιτο] Optativus positus est ex animo testantis patris, ut indicetur consilium, nulla eventus ratione habita. Futurum autem formae mediae passiva significatione dictum. Vide Rost. §. 114. 1. not. I. p. m. 435. Adde Hemsterhusii verba ad Thomam Mag., quae laudavi ad Lysiam pro bonis Aristoph. §. 61. Vol. XVI. p. 327. huius Bibl. Pater autem ipse in testamento scripserat: ὅπως μισθώσουσιν, quod paullo post legitur §. 42.

λειφθῆναι μὲν ὁμολογοῦσιν, αὐτὰς δ' οὐκ ἀποφαίνουσιν. ταῦτα δὲ ποιοῦσι, τό τε πλῆθος οὐ βουλόμενοι καταφανὲς ποιῆσαι τῆς οὐσίας τὸ καταλειφθέν, ὃ διηρπάκασιν οὗτοι, τάς τε δωρεὰς ἵνα μὴ δοκῶσιν ἔχειν, ὥσπερ οὐκ ἐξ αὐτοῦ τοῦ πράγματος ἐλεγχθησόμενοι ῥᾳδίως. Λαβὲ δ' αὐτοῖς τὰς μαρτυρίας ὧν ἀπεκρίναντο καὶ ἀνάγνωθι.

ΜΑΡΤΥΡΙΑΙ.

42 Οὗτος διαθήκην μὲν γενέσθαι φησίν, καὶ τὰ δύο τάλαντα Δημοφῶντι καὶ τὰς ὀγδοήκοντα μνᾶς τούτῳ δοθῆναι μαρτυρεῖ· τὰς δὲ ἑβδομήκοντα μνᾶς, ἃς Θηριππίδης ἔλαβεν, οὐ προσγραφῆναί φησιν, οὐδὲ τὸ πλῆθος τῆς οὐσίας τὸ καταλειφθέν, οὐδὲ τὸν οἶκον ὅπως μισθώσουσιν. οὐ γὰρ αὐτῷ συμφέρει προσομολογῆσαι ταῦτα. Λαβὲ δὴ τὴν τούτου ἀπόκρισιν.

ΜΑΡΤΥΡΙΑ.

43 Οὗτος αὖ τὴν μὲν διαθήκην γενέσθαι φησὶ καὶ τὸ ἀργύριον ἐκ τοῦ χαλκοῦ καὶ τῆς κηκῖδος ἀποδοθῆναι τῷ Θηριππίδῃ, ὃ ἐκεῖνος οὔ φησι, καὶ τὰ δύο τάλαντα τῷ Δημοφῶντι· περὶ δὲ τῶν αὐτῷ δοθέντων γραφῆναι μέν φησιν, οὐχ ὁμολογῆσαι δ' αὐτός, ἵνα μὴ δοκῇ λαβεῖν. τὸ δὲ πλῆθος τῆς οὐσίας οὐδ' οὗτος ἀποφαίνει

et quod etiam hic sine librorum auctoritate praeter necessitatem reposuit Reiskius.

41. [1] *τάς τε δωρεὰς*] Quae legaverat tutoribus pater in testamento.

ὧν ἀπεκρίναντο] *Ἐναντίον*, quod Reiskius ex bonis codd. receperat, nec tamen recte interpretatus erat, coram quibus hi (tutores) interrogati responderunt, Bekkerus iterum cum optimis suis omisit. Videndum tamen, inquit Schaeferus, ne *ἐναντίον* servandum sit: scilicet *ἀλλήλοις*. Si quis vocabulum servet, ita interpretetur. Equidem tamen et optimorum codicum et Demosthenis in honorem vocabulum omittam. Existimo enim Demosthenem iam adolescentulum verborum parcum non addidisse quae sponte ex re ipsa patent. Videmus enim ex testimoniis ipsis contra sibi dixisse tutores.

42. *Οὗτος*] sc. *Θηριππίδης*. Hinc quum statim nomen ipsum proprium sequatur, „vellem, inquit Schaeferus, vel unus codex daret *αὐτός*. Vulgatum quidem non dubito esse interpretantis." Vere, opinor. Et per totum hunc locum facile lector in dubitationes et errores incidere poterit, quum attentus ad oratoris gestus auditor ab iis sibi facillime caveret.

43. *Οὗτος*] Aphobus; *ἐκεῖνος* respicit quod proxime antecedit: *τῷ Θηριππίδῃ*.

καθόλου, οὐδὲ τὸ μισθοῦν τὸν οἶκον. οὐδὲ γὰρ οὐδὲ
44 τούτῳ συμφέρει προσομολογῆσαι ταῦτα. δῆλον τοίνυν
ἐστὶν οὐδὲν ἧττον τὸ πλῆθος τῶν καταλειφθέντων, καί-
περ ἀφανιζόντων τούτων τὴν οὐσίαν ἐκ τῶν διαθηκῶν,
ἐξ ὧν τοσαῦτα χρήματα ἀλλήλοις φασὶ δοθῆναι. ὅστις
γὰρ ἐκ τεττάρων ταλάντων καὶ τρισχιλίων τοῖς μὲν τρία
τάλαντα καὶ δισχιλίας προῖκα δέδωκε, τῷ δ' ἑβδομή-
κοντα μνᾶς καρποῦσθαι, φανερὸν δήπου πᾶσιν, ὅτι
οὐκ ἀπὸ μικρᾶς οὐσίας, ἀλλὰ πλέον ἢ διπλασίας ἧς
45 ἐμοὶ κατέλιπε, ταῦτ' ἀφεῖλεν. οὐ γὰρ δήπου τὸν μὲν
υἱὸν ἐμὲ πένητα ἐβούλετο καταλιπεῖν, τούτους δέ,
πλουσίους ὄντας, ἔτι πλουσιωτέρους ποιῆσαι ἐπεθύ-
μησεν, ἀλλ' ἕνεκα τοῦ πλήθους τῶν ἐμοὶ καταλειπομέ-
νων Θηριππίδῃ τε τοσοῦτον ἀργύριον, καὶ Δημοφῶντι
τὰ δύο τάλαντα, οὔπω μέλλοντι τῇ ἀδελφῇ τῇ ἐμῇ
συνοικήσειν, καρποῦσθαι ἔδωκεν, ἵνα δυοῖν θάτερον
διαπράξαιτο, ἢ διὰ τὰ διδόμενα βελτίους αὐτοὺς εἶναι
περὶ τὴν ἐπιτροπὴν προτρέψειεν, ἤ, εἰ κακοὶ γίγνοιντο,
μηδεμιᾶς συγγνώμης παρ' ὑμῶν τυγχάνοιεν, εἰ τοσού-
46 των ἀξιωθέντες τοιαῦτ' εἰς ἡμᾶς ἐξαμαρτάνοιεν. οὗτος
τοίνυν καὶ αὐτὸς πρὸς τῇ προικὶ καὶ θεραπαίνας λα-
βὼν καὶ τὴν οἰκίαν οἰκῶν, ἐπειδὴ δεῖ λόγον αὐτὸν
δοῦναι τούτων, τὰ αὑτοῦ πράττειν φησίν. καὶ εἰς

44. *πλέον ἢ διπλασίας ἧς ἐμοὶ κατέλιπε*] De pecunia plus quam duplo maiore; ea pecunia tutoribus data, quam pecuniam plus duplo maiorem mihi reliquit.

45. *οὔπω μέλλοντι*] Pater nempe filiae infantulae si dotem testamento constituebat, eam utendam filio declarabat, usque dum virgo nuberet. Hic autem statim dotem tradi iussit ei, quem maritum filiae quinquenni cum dote scripserat. Dotem igitur tradidit multo ante quam filiam uxorem ducere posset.

ἵνα δυοῖν θάτερον διαπράξαιτο, ἢ etc.] Schaeferus monet simplicius scribi potuisse omisso *διαπράξαιτο*. Dixerim brevius; simplicitas omisso *διαπράξαιτο* nihilo maior foret. Modo addunt scriptores verbum, modo omittunt. Cf. quae dixi ad Cornelii Nep. Hannib. X. 1.

46. *τὰ αὑτοῦ πράττειν*] Phrynichus p. 441. *τὰ ἴδια πράττω καὶ τὰ ἴδια πράττεις οἱ πολλοὶ λέγουσιν εἰκῇ, δέον τὰ ἐμαυτοῦ πράττω καὶ τὰ σαυτοῦ πράττεις λέγειν, ὡς οἱ παλαιοί, ἢ τὰ ἴδια ἐμαυτοῦ πράττω καὶ τὰ ἴδια σαυτοῦ πράττεις*: ubi utriusque constructionis a Phrynicho probatae exempla multa esse et luculenta ostendit Lobeckius, alterum vero raro etiam recentiores dixisse.

828. τοσοῦτον αἰσχροκερδείας ἦλθεν, ὥςτε καὶ τοὺς διδασκάλους τοὺς μισθοὺς ἀπεστέρηκε, καὶ τῶν εἰςφορῶν ἔστιν ἃς οὐ κατέθηκεν, ἐμοὶ δὲ λογίζεται. Λαβὲ δὴ καὶ ταύτας αὐτοῖς τὰς μαρτυρίας καὶ ἀνάγνωθι.

ΜΑΡΤΥΡΙΑΙ.

Πῶς οὖν ἄν τις σαφέστερον ἐπιδείξειε πάντα 47
διηρπακότα καὶ μηδὲ τῶν μικρῶν ἀπεσχημένον, ἢ
τοῦτον τὸν τρόπον ἐπιδεικνὺς μετὰ τοσούτων μαρτύ-
ρων καὶ τεκμηρίων, τὴν μὲν προῖκα λαβεῖν ὁμολο-
γήσαντα καὶ ἔχειν αὐτὸν πρὸς τοὺς ἐπιτρόπους ἀπο-
γράψαντα, τὸ δ' ἐργαστήριον κεκαρπωμένον αὐτὸν
καὶ τὴν πρόςοδον οὐκ ἀποφαίνοντα, τῶν δ' ἄλλων τὰ
μὲν πεπρακότα καὶ τὰς τιμὰς οὐκ ἀποδεδωκότα, τὰ 48
δ' ὡς ἑαυτὸν λαβόντα καὶ ταῦτ' ἠφανικότα, ἔτι δὲ
παρὰ τὸν λόγον, ὃν αὐτὸς ἀπέδωκε, τοσαῦτα κλέπτοντα,
πρὸς δὲ τούτοις τὴν διαθήκην ἠφανικότα, τὰ ἀνδρά-
ποδα πεπρακότα, τἆλλα οὕτω πάντα διῳκηκότα, ὡς
οὐδ' ἂν οἱ ἔχθιστοι διοικήσειαν; ἐγὼ μὲν οὐκ
οἶδ' ὅπως ἂν τις σαφέστερον ἐπιδείξειεν.

Ἐτόλμα τοίνυν πρὸς τῷ διαιτητῇ λέγειν, ὡς ἀπὸ 49

47. *πρὸς τοὺς ἐπιτρόπους*] Reiskius scribendum existimat *συνεπιτρόπους*, eique assentitur Schaeferus, quum in his orationibus haec vocabula saepius in Mss. confusa reperiantur. Morositas etiam grammaticorum in compositis substantivis cum *σύν* modo addebat modo reiiciebat praepositionem, ut ubique in his substantivis magna dominetur confusio. Bonum est rem parvi esse momenti; ego vero in his minutiis imprimis codicum auctoritatem revereor. Sic supra §. 15. *μετὰ τῶν ἄλλων ἐπιτρόπων διαχειρίζειν ἀξιοῦντος*, ubi item est pro *συνεπιτρόπων*. §. 52. *παρ' ἑκατέρῳ τῶν ἐπιτρόπων*. B. §. 11. *ταύτην τὴν προῖκα, ἣν οἵ τε ἐπίτροποι καταμαρτυροῦσιν αὐτὸν λαβεῖν*. Sic plurimi et optimi codices. Reiskius ex nonnullis non malis sed emendatricem manum passis dedit *συνεπίτροποι*, quod est in solo r Bekkeri.

48. *παρὰ τὸν λόγον,*] Cf. supra §. 34.

ἐγὼ μὲν οὐκ οἶδ' ὅπως etc.] Ex hac responsionis garrulitate puerilis quaedam sui ipsius admiratio elucet, quam facile condonamus adolescentulo primum publice prodeunti, qui dum animum collegit, gravem se virum esse agnoscit.

49. *πρὸς τῷ διαιτητῇ*] *Κληρωτῷ*, h. e. publico, qui sorte ducebantur ex civibus quotannis ita, ut singulae tribus suos haberent diaetetas. Vide quae monui ad Lysiam adversus Pancleon. §. 2. Vol. XVI. p. 289. hui. Bibl. A *κληρωτοῖς* provocatio ad iudicium locum habebat; contra ab *αἱρετοῖς ἐπὶ ῥη-*

τῶν χρημάτων χρέα τε πάμπολλα ἐκτέτικεν ὑπὲρ ἐμοῦ Δημοφῶντι καὶ Θηριππίδῃ, τοῖς συνεπιτρόποις, καὶ ὡς πολλὰ τῶν ἐμῶν λάβοιεν, οὐδέτερον ἔχων ἐπιδεικνύναι τούτων. οὔτε γάρ, ὡς ὀφείλοντά με κατέλιπεν ὁ πατήρ, ἐν τοῖς γράμμασιν ἀπέφηνεν, οὐδ᾽ οἷς ἀποδεδωκέναι ταῦτ᾽ ἔφη παρέσχηται μάρτυρας, οὔτ᾽ αὖ τὸν ἀριθμὸν τῶν χρημάτων εἰς τοὺς συνεπιτρόπους ἐπανέφερεν, ὅσον αὐτὸς φαίνεται λαβών, ἀλλὰ πολλοῖς
50 ἔλαττω χρήμασιν. ἐρωτηθεὶς δ᾽ ὑπὸ τοῦ διαιτητοῦ ταῦτά τε καθ᾽ ἕκαστον, καὶ τὴν οὐσίαν τὴν αὑτοῦ πότερον ἐκ τῶν ἐπικαρπιῶν, ἢ τἀρχαῖα ἀναλίσκων διῴκηκε, καὶ πότερον οὕτως ἐπιτροπευθεὶς ἀπεδέξατ᾽ ἂν τοῦτον τὸν λόγον παρὰ τῶν ἐπιτρόπων, ἢ τἀρχαῖ᾽ ἂν ἀπολαβεῖν ἠξίου σὺν τοῖς ἔργοις τοῖς γεγενημένοις, πρὸς μὲν ταῦτ᾽ ἀπεκρίνατο οὐδέν, προὐκαλεῖτο δ᾽ ἐθέλειν ἐπιδεῖξαί μοι τὴν οὐσίαν δέκα ταλάντων οὖσαν·
51 εἰ δέ τι ἐλλείποι, αὐτὸς ἔφη προςθήσειν. κελεύοντος δέ μου πρὸς τὸν διαιτητὴν ἐπιδεικνύναι ταῦτα, οὐκ

49. οὔτε γὰρ – οὐδ᾽ οἷς – οὔτ᾽ αὖ –] Sic optimus cod. pro vulgato οὔτε γὰρ – οὔθ᾽ οἷς – οὔτ᾽ αὖ, in qua lectione tria disiuncta negantur: primum a patre se aere alieno obstrictum esse relictum; alterum Aphobum ne testes quidem quibus se solvisse dicat producere potuisse; tertium non posse Aphobum rationem ita instituere, ut verisimile sit ea omnia socios suos accepisse. In nostra autem lectione ex eo codice recepta, qui ubique solet constituere fundamentum recensionis, quam merito praeferendam censuit Schaeferus, duo nonnisi disiuncta negantur, quorum prius duas continet partes, et aes alienum et nominis solutionem, quam eum tam impudice ementitum esse dicit, ut ne improbos quidem testes facinoris potuerit adducere. Ut illud non est, sic haec ficta per se et habet signa fictionis in se necessaria.

τοῖς, qui a litigantibus ex amicis eligebantur arbitri, ut rem iudicarent, quos nostri iurisperiti compromissarische Schiedsrichter vocant, provocatio non erat.

19. *παρεσκευάσθαι*] Hoc praebuerunt optimi codices pro eo, quod ante Bekkerum legebatur *παρασκευάσασθαι*. In illo notio inest necessitatis apparatus absoluti. *περὶ τῶν ἐν Χεῤῥ.* §. 3. p. 91. init. *περὶ τούτων δ᾽ οἶμαι τὴν ταχίστην συμφέρειν καὶ βεβουλεῦσθαι καὶ παρεσκευάσθαι.* *περὶ Συμμορ.* §. 17. p. 182. *καὶ τὰ μὲν σώματα οὕτω συντετάχθαι φημὶ δεῖν.* *περὶ στεφ.* §. 78. *πολλῷ μᾶλλον φιλοτιμουμένων τοῦτο συντετελέσθαι ἢ τοῖς Σηλυμβριανοῖς βοηθῆσαι*: ubi multa est codd. corruptio. Saepe librarii, interdum etiam viri docti ad eiusmodi perfecta offenderunt eaque mutarunt.

retur; Athenienses eum approperantes coegerunt factis induciis domum redire. cf. *περὶ στεφ.* §. 96. p. 258. Rem exponit Xenophon. Hellen. III. 5.

18. *εἰ μὴ ποιήσαιτ᾽ ἂν τοῦτο*] *Ἄν* recte additur, quum enuntiatio per se, h. e. nulla ratione habita antegressae particulae *εἰ*, sit hypothetica, etiamsi forte (*εἰ τύχοι*) hoc non faciatis. Haud raro *ἄν* sic positum male habuit viros doctos, quod referrent ad *εἰ*, quo referri non oportebat, adeoque accidit, ut cum magno sensus detrimento delerent. Simillima constructio in periodo antecedente, ubi vel tirunculus videat *ἄν* pertinere ad *ὡς*, non ad *ὁρμήσαιτε*. *Schaeferus.*

εἰσὶ γάρ, εἰσὶν – πλείους τοῦ δέοντος] Valckenarii nota nostrum locum respicientis ex eius oratione de Philippi Amyntidae indole, virtutibus, rebusque gestis, causis externis fractae Graecorum libertatis, lectu digna est et attentione. „Rex munificentissimus ubique locorum in Graecia proditores sibi paravit, quorum atrum catalogum ex ingenio sic amplificavit (cf. v. c. *περὶ στεφ.* §. 295. p. 324.). Nam inter illos, quos orator turpi hoc nomine dehonestavit, fuisse credibile est non pecunia sed humanitate regis captos, qui illius imperium anteponerent speciosae libertati quae dicebatur et superbis dominis, plebi, quique plebem ducerent, concionatoribus.“

ἂν ἐνδῷ καιρόν] Formula notans hominis incuriam et socordiam, quae nocendi ansam praebet. Frequentior etiam est locutio *ἂν μαλακόν τι ἐνδῷ* de eo, qui mollem se et remissum praebet. Hanc illustrat Ku-

ἄνδρες Ἀθηναῖοι, φημὶ προχειρίσασθαι δεῖν ὑμᾶς, ἣ συνεχῶς πολεμήσει καὶ κακῶς ἐκεῖνον ποιήσει. μή μοι μυρίους μηδὲ δισμυρίους ξένους, μηδὲ τὰς ἐπιστολιμαίους ταύτας δυνάμεις, ἀλλ' ἣ τῆς πόλεως ἔσται, κἂν ὑμεῖς ἕνα κἂν πλείους κἂν τὸν δεῖνα κἂν ὁντινοῦν χειροτονήσητε στρατηγόν, τούτῳ πείσεται καὶ ἀκολουθήσει. καὶ τροφὴν ταύτῃ πορίσαι κελεύω. ἔσται δ' αὕτη τίς ἡ δύναμις καὶ πόση, καὶ πόθεν τὴν τροφὴν ἕξει, καὶ πῶς ταῦτ' ἐθελήσετε ποιεῖν; ἐγὼ φράσω καθ' ἕκαστον τούτων διεξιὼν χωρίς. ξένους μὲν λέγω — καὶ ὅπως μὴ ποιήσητε ὃ πολλάκις ὑμᾶς ἔβλαψεν· πάντ' ἐλάττω νομίζοντες εἶναι τοῦ δέοντος καὶ τὰ μέγιστ' ἐν τοῖς ψηφίσμασιν αἱρούμενοι ἐπὶ τῷ πράττειν οὐδὲ τὰ μικρὰ ποιεῖτε· ἀλλὰ τὰ μικρὰ ποιήσαντες καὶ πορίσαντες τούτοις προστίθετε, ἂν

[20. ἐθελήσετε] ἐθελήσει, quod legitur in cod. Lips. a, recepit Dindorf. In sequentibus post ποιήσητε pronomen τοῦθ', quod vulgo legitur, optimorum codd. auctoritate delevit Bekk. V. C. F. R.]

sterus ad Aristoph. Plut. v. 488. Ἂν ἐνδῷ καιρός, quod ante Bekkerum legebatur, Graecum non videtur. Ἐνδοῦναι quidem saepe intransitive ponitur, sed nonnisi de hominibus, qui remittunt, non de καιρῷ similibusve.

μή μοι] Hoc sequente accusativo dicitur ἀποσιωπητικῶς, ut quisque pro ingenio et moribus supplere possit quod velit. Hic v. c. μή μοι ψηφίσησθε. Exempla ellipticae huius locutionis habet Heindorfius ad Plat. Protag. §. 25. p. 315. B. Steph. Adde Stallbaum. ad Plat. Menon. p. 25.

ἐπιστολιμαίους] Reiske recte explicat: „Truppen, die zwar wohl auf dem Papier stehen, aber nie angeworben werden, noch viel weniger im Felde erscheinen." Abstineo ambiguo vocabulo Papiervölker, quod facile puerorum ludum in memoriam revocet, qui faciunt exercitum von Speerreutern. §. 30. ἵνα μὴ μόνον τοῖς ψηφίσμασι καὶ ταῖς ἐπιστολαῖς πολεμῆτε Φιλίππῳ, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἔργοις. — ξένους. vocabulum proprium de copiis conducticiis.

ἀλλ' ἢ τῆς πόλεως ἔσται] Diversum hoc ἀλλ' ἤ ab eo, de quo locuti sumus πρὸς Ἀφ. §. 7. Ἀλλ' enim hic est particula ἀλλά, suam vim habens; eam autem sequitur nonnisi primum membrum cum ἥ, suppresso altero facile intelligendo. Hic si quis supplendi cupidus est, alterum membrum erit ἣ οὐδεμία. Hinc in libris grammaticis docemur ἀλλ' ἤ significare sed unice, nonnisi. Subiectum autem ad ἔσται per totum contextum supplendum affertur ἡ δύναμις.

κἂν ὑμεῖς — χειροτονήσητε στρατηγόν, τούτῳ πείσεται] Instat orator, ut, qui prodeat tanquam στρατηγὸς Atheniensis, ab ipsa populi concione sit electus. Videntur enim, qui a populo erant creati, in regiones externas alios vicarios misisse. Talis erat v. c. Menelaus, cuius mentio fit §. 27.

20. ξένους μὲν λέγω —] Post complures enuntiationes interiectas, quae plerumque parenthesi

21 ἐλάττω φαίνηται. λέγω δὴ τοὺς πάντας στρατιώτας δισχιλίους, τούτων δὲ Ἀθηναίους φημὶ δεῖν εἶναι πεντακοσίους ἐξ ἧς ἄν τινος ὑμῖν ἡλικίας καλῶς ἔχειν δοκῇ, χρόνον τακτὸν στρατευομένους, μὴ μακρὸν τοῦτον, ἀλλ' ὅσον ἂν δοκῇ καλῶς ἔχειν, ἐκ διαδοχῆς ἀλλήλοις· τοὺς δ' ἄλλους ξένους εἶναι κελεύω. καὶ μετὰ τούτων ἱππέας διακοσίους, καὶ τούτων πεντήκοντα Ἀθηναίους τοὐλάχιστον, ὥςπερ τοὺς πεζούς, τὸν αὐτὸν τρόπον
22 στρατευομένους· καὶ ἱππαγωγοὺς τούτοις. εἶεν· τί πρὸς τούτοις ἔτι; ταχείας τριήρεις δέκα· δεῖ γάρ, ἔχοντος ἐκείνου ναυτικόν, καὶ ταχειῶν τριήρων ἡμῖν, ὅπως ἀσφαλῶς ἡ δύναμις πλέῃ. πόθεν δὴ τούτοις ἡ τροφὴ γενήσεται; ἐγὼ καὶ τοῦτο φράσω καὶ δείξω, ἐπειδὰν διότι τηλικαύτην ἀποχρῆν οἶμαι τὴν δύναμιν καὶ πολίτας τοὺς στρατευομένους εἶναι κελεύω διδάξω.

includuntur, orationis forma plane alia fit. Ipsae enim interiectae enuntiationes oratorem excitant primum plenum omnium copiarum numerum exprimere, non, ut ab initio in animo habebat, singularum partium.

21. *στρατευομένους*] Taylorus futurum praetulerit *στρατευσομένους*, quo non opus. In hac ipsa §. *τὸν αὐτὸν τρόπον στρατευομένους*. Orator enim quod fieri oportet, quanquam sit futurum, cum vi ponit ut praesens.

μὴ μακρὸν τοῦτον – ἀλλήλοις] Vide, quam leni passu oratori incedendum sit, ut Atheniensibus, *τοῖς πάλαι πότ' ἀλκίμοις*, rem longe invisissimam probet. *Schaefer.* *ἐκ διαδοχῆς*. sic recentiores. Antiquos *διαδοχαῖσιν* dixisse observat Koppiersius Obsvv. p. 12. et quidem addito dativo, quem h. l. librarii nonnulli non tolerarunt.

22. *εἶεν*] Timaeus s. v. *εἶεν· συγκατάθεσις μὲν τῶν εἰρημένων, συναφὴ δὲ πρὸς τὰ μέλλοντα.* Frequens est apud omnis generis scriptores transeundi formula, similis Latinae haec hactenus. Cf. Car. Reisig. ad Oed. Col. Enarrat. v. 1303. a Schaefero laudatum.

ταχείας τριήρεις] Celoces, naves, quae incitatum cursum habent. Earum mentio fit apud Thucyd. VI. 43. Schefferus de militia navali Upsaliae 1654. 4. harum non meminit.

τριήρων] Hunc accentum ubique huic genitivo dat Imm. Bekkerus; in Reiskiana modo legitur *τριήρων*, modo *τριηρῶν*. Et *τριηρῶν* quidem *περισπωμένως* pronuntiatum analogiae conveniens esse agnoscunt grammatici; usum tamen Atticorum affirmant invexisse *τριήρων*, quoniam *ων* genitivi non contractum sit ex *εων*, sed *ε* extrusum. Verum in his cupiditas potius grammaticorum quam ratio grassata est. Cf., si vis, Buttmanni Gr. ampl. T. II. p. 401.

ἀποχρῆν] Hic est legitimus infinitivus verbi, quod origine personale est, *ἀποχράω*. Cf. Buttmanni Gr. ampl. T. II. p. 258. Infra §. 42. *Ἀποχρῆναι* apud bonos scriptores non in usu.

45. Τοσαύτην μέν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, διὰ ταῦτα; 23
ὅτι οὐκ ἔνι νῦν ἡμῖν πορίσασθαι δύναμιν τὴν ἐκείνῳ παραταξομένην, ἀλλὰ λῃστεύειν ἀνάγκη καὶ τούτῳ τῷ τρόπῳ τοῦ πολέμου χρῆσθαι τὴν πρώτην· οὐ τοίνυν ὑπέρογκον αὐτήν, (οὐ γάρ ἔστι μισθὸς οὐδὲ τροφή) οὐδὲ παντελῶς ταπεινὴν εἶναι δεῖ. πολίτας δὲ παρεῖναι καὶ συμπλεῖν διὰ ταῦτα κελεύω, ὅτι καὶ πρότερόν ποτ' ἀκούω ξενικὸν τρέφειν ἐν Κορίνθῳ τὴν πόλιν, οὗ Πολύστρατος ἡγεῖτο καὶ Ἰφικράτης καὶ Χαβρίας καὶ

23. *παραταξομένην*] Futura formae mediae saepe ponuntur significatione passiva. Cf. Matth. Gr. Gr. §. 496. 8. *Παρατάττεσθαι* autem verbum est proprium de iis, qui aperto Marte hostibus exadversus aciem instruunt, impetum sive facturi sive propulsaturi. Hinc patet, cur forma media significationem passivae habere possit. Caput enim aciei, quae instruitur, versatur in eo, quod singuli agunt ipsi.

λῃστεύειν] Ut Livii verbis utar L. I. 15., in fines alicuius excurrere, populabundum magis quam iusti more belli: praedatorum more bellum gerere. Schaeferus bene intelligit eam belligerandi rationem, qua olim Hispani erga Gallos usi sunt, utuntur hodie Neograeci, quorum duces gloriantur Clephtarum nomine.

ὑπέρογκον] „Ὑπέρογκα dicuntur a Graecis proprie quae molem magnitudinis enormem habent atque immoderata sunt; ideo *ὑπέρογκον* Hesychius exponit non tantum *μέγα*, *ὑψηλόν*, sed etiam *ὑπέρμετρον*. Inde manat de tumide magnificis, extraordinariis rebus, quaeque hominum oculos ad se convertunt, eandem vocem poni, sic tamen, ut in illa potestate semper aliquid vitiosi atque indecori haereat admixtum.“ Hemsterhusius ad Lucian. diall. mortt. XXIII. 2. Hinc opponitur *ταπεινόν*, quod iustam mensuram non habet, infra modum, quem res postulat.

ἀκούω ξενικὸν τρέφειν ἐν Κορίνθῳ τὴν πόλιν] Ἀκούω de rebus historicis, quas ipsi quidem non vidimus, sed a certis auctoribus accepimus. Significationis exempla habet Heindorfius ad Plat. Gorg. §. 226. Astius ad Plat. de Legg. I. 1. p. 9., quae facile augeri possunt. Praesens *ἀκούω* fecit etiam, ut praesens *τρέφειν* sequeretur, quanquam sermo sit de re iam dudum praeterita Ol. XCVI. 2. Sermo est enim de eo, quod bellum dicitur Corinthium vel Corinthiacum, cui finis imponebatur per famosam Antalcidae pacem. Olynth. II. §. 21. *ἀκούω – χρῆσθαι*.

Πολύστρατος] Harpocration s. v. plures hoc nomine afferens: *ἄλλος δ' ἂν εἴη Πολύστρατος, οὗ καὶ Δημοσθένης μνημονεύει ἐν τοῖς Φιλιππικοῖς, λέγων αὐτόν ποτε ἐν Κορίνθῳ ξενικὸν τρέφειν. μήποτε μέντοι ἐνταῦθα δεῖ γράφειν Πολύτροπον ἀντὶ Πολυστράτου· παρὰ μηδενὶ γάρ φησιν ὁ Δίδυμος εὑρηκέναι τὸν Πολύστρατον ἡγησάμενον τοῦ ἐν Κορίνθῳ ξενικοῦ. τὸν Πολύτροπον μὲν οὖν ἐν τῇ ἕκτῃ τῶν Ἑλληνικῶν Ξενοφῶντος εὗρον· ἀλλ' οὔτε τὸ ξενικὸν τοῦτο ἔφησεν ὁ Ξενοφῶν τρέφεσθαι ὑπὸ Ἀθηναίων, οὔτε αὐτὸς Ἀθηναῖος ἦν ὁ Πολύτροπος.* Difficile est de nomine proprio aliquid affirmare, quum praesertim tota enuntiatio sit

24 ἄλλοι τινές, καὶ αὐτοὺς ὑμᾶς συστρατεύεσθαι· καὶ οἶδα ἀκούων, ὅτι Λακεδαιμονίους παραταττόμενοι μεθ' ὑμῶν ἐνίκων οὗτοι οἱ ξένοι καὶ ὑμεῖς μετ' ἐκείνων. ἐξ οὗ δ' αὐτὰ καθ' αὑτὰ τὰ ξενικὰ ὑμῖν στρατεύεται, τοὺς φίλους νικᾷ καὶ τοὺς συμμάχους, οἱ δ' ἐχθροὶ μείζους τοῦ δέοντος γεγόνασιν. καὶ παρακύψαντα ἐπὶ τὸν τῆς πόλεως πόλεμον, πρὸς Ἀρτάβαζον καὶ πανταχοῖ μᾶλλον οἴχεται πλέοντα, ὁ δὲ στρατηγὸς ἀκολουθεῖ, εἰκότως· οὐ γάρ ἔστιν ἄρχειν, μὴ διδόντα μι-
25 σθόν. τί οὖν κελεύω; τὰς προφάσεις ἀφελεῖν καὶ τοῦ στρατηγοῦ καὶ τῶν στρατιωτῶν, μισθὸν πορίσαντας καὶ στρατιώτας οἰκείους ὥσπερ ἐπόπτας τῶν στρατηγουμένων παρακαταστήσαντας, ἐπεὶ νῦν γε γέλως ἔσθ' ὡς χρώμεθα τοῖς πράγμασιν. εἰ γὰρ ἔροιτό τις ὑμᾶς, εἰρήνην ἄγετε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι; μὰ Δί' οὐχ
26 ἡμεῖς γε, εἴποιτ' ἄν, ἀλλὰ Φιλίππῳ πολεμοῦμεν. οὐκ ἐχειροτονεῖτε δὲ ἐξ ὑμῶν αὐτῶν δέκα ταξιάρχους καὶ στρατηγοὺς καὶ φυλάρχους καὶ ἱππάρχους δύο; τί οὖν οὔ-

[24. πανταχοῖ] Sic dedit Bekk. e cod. S. pro vulgato πανταχοῦ. V. C. F. R.]

infinita et in fine addatur καὶ ἄλλοι τινές. Laudamus F. A. Wolfium ad Leptin. p. 302., qui Polystrati nomen tuetur.

αὐτοὺς ὑμᾶς συστρατεύεσθαι] Hunc verborum ordinem praeter alios codices praebet optimus Bekkeri codex: ego olim monui αὐτοὺς praeponi, quoniam in eo vis insit in eigener Person, laudans egregiam Hermanni dissertationem in Tom. I. Actt. Sem. Reg. et Soc. Phil. Lips. Schaefero autem fallacissimum videtur de vocum collocatione iudicium in liberrima linguae Graecae Latinaeque syntaxi. Nec ego de libertate syntaxeos detraham: quanquam libertas legibus nititur et ordine; verum ego codicum auctoritatem sequendam existimo cum sensu et ratione etiam levibus in rebus, quae vulgo videntur ad lubidinem constitui posse, consentientem.

24. παρακύψαντα] Παρακύπτειν proprie est inclinato corpore in obliquum aspicere. Quod quum vel studio rei penitus cognoscendae fieri possit, vel ex negligentia et cum desidia, duae sunt oppositae significationes tropicae; hic obtinet mala: leviter, extremis, ut aiunt, digitis aliquid attingere, negligere.

πρὸς Ἀρτάβαζον] Significatur Chares, qui Ol. CVI. 1. cum exercitu ad Artabazum contra Persarum regem rebellantem transierat.

25. μὰ Δί' οὐχ ἡμεῖς γε] Acerbe dictum et iactanter, partim in argute pronuntiato μὰ Δί', magis etiam in acerbo γε annexo pronomini. Quod si etiam bellum nondum exarserat, tamen Athenienses buccas inflabant.

26. δέκα ταξιάρχους καὶ στρατηγοὺς καὶ φυλάρχους] Ταξίαρχοι (sic Bekkeri Anecdd. p. 306. l. 12. s.) ἄρχοντες ἡγούμε-

τοι ποιοῦσιν; πλὴν ἑνὸς ἀνδρός, ὃν ἂν ἐκπέμψητε ἐπὶ τὸν πόλεμον, οἱ λοιποὶ τὰς πομπὰς πέμπουσιν ὑμῖν μετὰ τῶν ἱεροποιῶν· ὥςπερ γὰρ οἱ πλάττοντες τοὺς πηλίνους, εἰς τὴν ἀγορὰν χειροτονεῖτε τοὺς ταξιάρχους καὶ τοὺς φυλάρχους, οὐκ ἐπὶ τὸν πόλεμον. οὐ γὰρ 27
ἐχρῆν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ταξιάρχους παρ' ὑμῶν, ἱππάρχους παρ' ὑμῶν ἄρχοντας οἰκείους εἶναι, ἵν' ἦν ὡς

νοι τῶν τάξεων κατὰ φυλήν, χειροτονητοί, δέκα τὸν ἀριθμόν, οἷς ὑπετέτακτο τὸ πλῆθος κατὰ φυλήν. Τάξις erat rata pars, maior vel minor pro ratione expeditionis; et si expeditio maior, singulae φυλαὶ habebant singulos taxiarchos, qui praeerant copiarum delectui et ordinationi; et praeerant toti parti suae tribus, donec copiae ad expeditionem proficiscerentur. Tum singularum tribuum partes in exercitum coniunctae sub imperium cesserunt στρατηγῶν, item δέκα τὸν ἀριθμόν, quorum singuli singulis diebus ex lege imperabant deinceps. Quod ταξίαρχοι singularum tribuum peditibus, id φύλαρχοι singularum equitibus. Omnium tribuum equitibus praeerant duo ἵππαρχοι. Summus autem omnium copiarum praefectus erat ἄρχων, qui Πολέμαρχος dicebatur.

πομπὰς πέμπουσιν] Pompas ducunt, non mittunt, ut interdum phrasis perperam accipiebatur. Cf. intpp. ad Thucyd. VI. 56. Etiam in aliis locutionibus eandem vim habet πέμπειν. Sic Eurip. El. 432. πέμπειν χορόν, ubi consulendus Seidlerus.

τῶν ἱεροποιῶν] Anecdd. Bekkeri s. λέξεσι ῥητορικαῖς p. 265. l. 22. ἱεροποιοί: κληρωτοὶ ἄρχοντες, εἰσὶ δὲ δέκα τὸν ἀριθμόν, οἳ τά τε μαντεύματα ἱεροποιοῦσι, κἄν τι καλλιερῆσαι δέῃ, καλλιεροῦσι μετὰ τῶν μάντεων, καὶ θυσίας τὰς νομιζομένας ἐπιτελοῦσι καὶ τὰς πενταετηρίδας ἁπάσας διοικοῦσι πλὴν τῶν Παναθηναίων. Etymologicon M. addit p. 463. ταῦτα δὲ Ἀριστοτέλης ἱστορεῖ ἐν τῇ Ἀθηναίων Πολιτείᾳ. Ulpianus in scholiis κατὰ Μειδ. p. 352. ed. Par. ἱεροποιὸν δὲ καλοῦσι τὸν ὑποπτεύοντα τοὺς μάντεις, ὅτε θύουσι, μή πού τι κακουργῶσιν ἐν ταῖς θυσίαις. Cf. interpretes ad Pollucem VIII. 107.

27. οὐ γὰρ ἐχρῆν etc.] De γὰρ in interrogatione cf. supra §. 10. Ad ἐχρῆν non necesse est ut addatur ἄν, etiamsi significat oporteret vel oportuisset. Cf. Schaeferi Melett. Critt. p. 130. s. Ita etiam Latini oportebat. Cf. Zumpt. Lat. Grammatic. §. 77. — ἵν' ἦν. „Non recte traditur ἵνα sic iungi cum indicativo loco optativi vel coniunctivi. Scilicet particula iuncta cum optativo vel coniunctivo solum finem indicat; cum indicativo una subiicit conditionem, qua quid fieret aut factum esset, quod nunc ob defectum illius conditionis aut non fit aut non factum est. Quae ipsa causa est, cur indicativus temporis esse debeat aut imperfecti aut plusquamperfecti aut aoristi. (Cf. Rost. §. 122. 12). — Ceterum haec particulae finalis structura illustre est exemplum subtilissimi Graecorum acuminis ubertatem notionum tanta verborum paucitate complectentium, ut, si talem breviloquentiam in vertendo velis consequi, te ad incitas redactum sentias. Aliud exemplum, nec minus illustre et nostro cognatum, est copulatio

ἀληθῶς τῆς πόλεως ἡ δύναμις; ἀλλ' εἰς μὲν Λῆμνον τὸν παρ' ὑμῶν ἵππαρχον δεῖ πλεῖν, τῶν δ' ὑπὲρ τῶν τῆς πόλεως κτημάτων ἀγωνιζομένων Μενέλαον ἱππαρχεῖν; καὶ οὐ τὸν ἄνδρα μεμφόμενος ταῦτα λέγω, ἀλλ' ὑφ' ὑμῶν ἔδει κεχειροτονημένον εἶναι τοῦτον, ὅςτις ἂν ᾖ.

28 Ἴσως δὲ ταῦτα μὲν ὀρθῶς ἡγεῖσθε λέγεσθαι, τὸ δὲ τῶν χρημάτων, πόσα καὶ πόθεν ἔσται, μάλιστα ποθεῖτε ἀκοῦσαι. τοῦτο δὴ καὶ περαίνω. χρήματα τοίνυν, ἔστι μὲν ἡ τροφή, σιτηρέσιον μόνον τῇ δυνά-

27. *ὑφ' ὑμῶν*] Augerus ex Reiskii mente et Oliveti auctoritate dedit *ἀφ' ὑμῶν*. Vulgatam, inquit Schaeferus, ne mutes: quippe ipsa per se significat quod illi significatum voluerunt. Ab Atheniensibus enim non poterat *χειροτονεῖσθαι*, nisi qui ipse Atheniensis. Menelaus, ut peregrinus et *ξεναγός*, non fuit *κεχειροτονημένος*. §. 33. *ὁ τούτων κύριος καταστὰς ὑφ' ὑμῶν βουλεύσεται*, ubi in Manutiana praepositio deest, probante H. Wolfio.

[28. *περαίνω*] Sic scripsit Bekk. ex optimo cod. S. pro vulg. *περανῶ*. V. C. F. R.]

particulae *ἂν* cum participiis et infinitivis, qua quantum illi compendifecerint, quis non interpretando cum sensu parum iucundo experiatur?" *Schaefer.*

εἰς μὲν Λῆμνον] Bello sociali insula a sociis devastata. Athenienses in eam auxilia miserunt, et sufficientia quidem, peculiari cum imperio, perinde ac si ipsorum civitas periculum subiret.

Μενέλαον] Harpocration s. v. *Μενέλαος*: *Δημοσθένης Φιλιππικοῖς, ἀδελφὸς Φιλίππου ὁμοπάτριος.* „Equidem cum Oliveto, inquit Mountenay, potius sentiam hunc alium esse Menelaum, nobis alias ignotum. Quamvis enim Philippus et Menelaus diversis matribus fuerint nati neque sane amicitia coniunctissimi, non tamen verisimile videtur Athenienses hostis sui fratri confidere voluisse." Videtur de expeditione sermo esse, quam susceperunt Athenienses, postquam Philippus conamine versus Thermopylas exciderat.

28. *τὸ δὲ τῶν χρημάτων*] Neutrum articuli cum genitivo substantivi notionem substantivi evehit et complectitur cuncta, quae per eam notionem exprimi possunt. *Περαίνω* rarius de oratore, qui recipit sua se oratione momentum aliquod sufficienter expositurum. Fortasse etiam innuit orationem non fore irritam. *Περαντικὸς* enim *ῥήτωρ* dicebatur ὁ *πέρας τοῖς λόγοις ἐπιτιθεὶς ἐν ταῖς ἀποδείξεσι διὰ δύναμιν λόγων* Bekker. Anecd. T. I. p. 60. l. 11., qui eloquentia efficit, ut quae suaserit reapse fiant.

χρήματα τοίνυν] Notio generalis in nominativo praecedit, sequitur specialis *ἡ τροφή*, *σιτηρέσιον*. Ex eo genere est, quo notio totius et partium eodem regimine ponuntur: qua de re vide Matthiae §. 288. not. 5. et 8. *Σιτηρέσιον* „Verpflegung in genere, welche selten in Natur geliefert wurde. Da die Soldaten meist freye Bürger waren, glaubte man gut bezahlen zu müssen; die gefährlichste Kunst, von freyen Menschen tapfer geübt, sollte ihren Mann nähren,

μαι ταύτῃ, τάλαντα ἐνενήκοντα καὶ μικρόν τι πρός, δέκα μὲν ναυσὶ ταχείαις τετταράκοντα τάλαντα, εἴκοσιν εἰς τὴν ναῦν μναῖ τοῦ μηνὸς ἑκάστου, στρατιώταις δὲ διςχιλίοις τοσαῦθ' ἕτερα, ἵνα δέκα τοῦ μηνὸς ὁ στρατιώτης δραχμὰς σιτηρέσιον λαμβάνῃ, τοῖς δ' ἱππεῦσι διακοσίοις οὖσιν, ἐὰν τριάκοντα δραχμὰς ἕκαστος λαμβάνῃ τοῦ μηνός, δώδεκα τάλαντα. εἰ δέ τις 29
οἴεται μικρὰν ἀφορμὴν σιτηρέσιον τοῖς στρατευομένοις ὑπάρχειν, οὐκ ὀρθῶς ἔγνωκεν· ἐγὼ γὰρ οἶδα σαφῶς, ὅτι, τοῦτ' ἂν γένηται, προςποριεῖ τὰ λοιπὰ αὐτὸ τὸ στράτευμα ἀπὸ τοῦ πολέμου, οὐδένα τῶν Ἑλλήνων ἀδικοῦν οὐδὲ τῶν συμμάχων, ὥςτ' ἔχειν μισθὸν ἐν-

welcher durch sie das Leben selbst aufs Spiel setzte: nur die Feldherrn und Anführer waren verhältnifsmäfsig schlecht bezahlt, weil ihr Abstand von dem gemeinen Soldaten nicht so grofs als heut zu Tage war, die Ehre als Entschädigung angesehen würde, und Beute und Contributionen den Feldherrn bereichern konnten. Der Sold wurde bei den Athenern meistens in ihrem eigenen Silber bezahlt; zugleich mit demselben aber auch die Verpflegungsgelder, welche eben defshalb nicht immer von der Löhnung oder dem Solde (*μισθός*) gehörig unterschieden wurden. – Der Sold eines Hopliten betrug nie weniger als zwei Obolen täglich, und eben so viel die Verpflegung; noch in Demosthenes Zeitalter war diefs der gewöhnliche Mafsstab." Boeckh Staatshaushaltung T. I. p. 293.

μικρόν τι πρός] Apud Herodotum praepositiones, imprimis *πρός*, adverbialiter frequenter ponuntur, rarius apud Atticos, interdum tamen *πρός*, etiam in clausula. *κατὰ Ἀνδροτ.* §. 60. p. 611. *δραχμὰς ἑβδομήκοντα καὶ μικρόν τι πρός.* Etiam alibi. *κατὰ Ἀφ. Α.* §. 68. *στερομένους καὶ πρὸς ὑπὸ τούτων ὑβριζομένους.* *Λεπτ.* §. 112. p. 491. *ἐγὼ δ' ἡγοῦμαι τοῦτον τὸν λόγον, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, κατὰ πόλλ' ἀσύμφορον εἶναι τῇ πόλει λέγεσθαι, πρὸς δὲ καὶ οὐ δίκαιον.* Eurip. Orest. 621. *Μενέλαε, σοὶ δὲ τάδε λέγω, δράσω τε πρός.* Phoen. 613. *καὶ κατακτενῶ γε πρός.*

29. *προςποριεῖ*] Bekkerus in editione Berolinensi anni 1816. Kusterum secutus de verbis mediis p. 35. ed. Fischer. edidit *προςποριεῖται*. Kusterus enim, „*πορίζω*, inquit, est suppedito, praebeo aliis; *πορίζομαι* in medio mihi reperio, paro, comparo, quaero, vel conficio quid. – Hinc ergo apparet scribendum esse *προςποριεῖται*, ubi nunc legitur *προςποριεῖ*. Sensus enim est: ipsum exercitum reliqua sibi comparaturum esse, ut recte Wolfius vertit. Facile autem syllaba *ται* a librario negligi vel praeteriri potuit propter, proxime sequens *τά*." Quae mutatio quanquam lenis sit et fere nulla, tamen in editione Demosthenis totius Bekkerus recte *προςποριεῖ* reduxit omnibus codicibus firmatum. Quamvis enim non negaverim, illud a Kustero constitutum discrimen a scriptoribus Atticis

τελῇ. ἐγὼ συμπλέων ἐθελοντὴς πάσχειν ὁτιοῦν ἕτοιμος, ἐὰν μὴ ταῦθ' οὕτως ἔχῃ. πόθεν οὖν ὁ πόρος τῶν χρημάτων, ἃ παρ' ὑμῶν κελεύω γενέσθαι, τοῦτ' ἤδη λέξω.

30 ΠΟΡΟΥ ΑΠΟΔΕΙΞΙΣ.

Ἃ μὲν ἡμεῖς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, δεδυνήμεθα εὑρεῖν, ταῦτά ἐστιν. ἐπειδὰν δ' ἐπιχειροτονῆτε τὰς γνώμας, ἃ ἂν ὑμῖν ἀρέσκῃ χειροτονήσατε, ἵνα μὴ μόνον τοῖς ψηφίσμασι καὶ ταῖς ἐπιστολαῖς πολεμῆτε Φιλίππῳ, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἔργοις.

31 Δοκεῖτε δέ μοι πολὺ βέλτιον ἂν περὶ τοῦ πολέμου καὶ ὅλης τῆς παρασκευῆς βουλεύσασθαι, εἰ τὸν τόπον, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τῆς χώρας, πρὸς ἣν πολεμεῖτε, ἐνθυμηθείητε, καὶ λογίσαισθε, ὅτι τοῖς πνεύμασι καὶ ταῖς ὥραις τοῦ ἔτους τὰ πολλὰ προλαμβάνων διαπράττεται Φίλιππος καὶ φυλάξας τοὺς ἐτησίας ἢ τὸν χειμῶνα ἐπιχειρεῖ, ἡνίκ' ἂν ἡμεῖς μὴ δυναίμεθα

31. ἡνίκ' ἂν ἡμεῖς μὴ δυναίμεθα] Duo optimi codices habent optativum, qui egregius est ad irridendos Athenienses; hypothetice

plerumque observari, sunt tamen pauca, quae adversantur. Olynth. I. (II.) 16. ὅσ' ἂν πορίσωσιν οὕτως, ὅπως ἂν δύνωνται, ubi quum ex regula πορίσωσιν mutandum fuerit in πορίσωνται, a mutando abstinebit sobrius criticus. Etiam supra §. 20. ἀλλὰ τὰ μι..ὰ ποιήσαντες καὶ πορίσαντες τούτοις προστίθετε, ἂν ἐλάττω φαίνηται: ubi Kusteri rationem si veram habeamus; scribendum est πορισάμενοι. Menander p. 244. Cler.

ἡμεῖς δὲ χωρὶς τῶν ἀναγκαίων κακῶν
αὐτοὶ παρ' αὐτῶν ἕτερα προσπορίζομεν:

ubi dicendum προσποριζόμεθα.

ἕτοιμος] Plerumque; quanquam non semper, ad hoc adiectivum verbum substantivum omittitur. Vide Schaefer. ad Bosii ell. p. 605. s. Phil. III. §. 4.

30. ἃ ἂν ὑμῖν ἀρέσκῃ] Emphatice hoc dictum: „quae vobis cum certa animi persuasione placuerint et certo consilio ea efficiendi." Sic Olynth. I. (v. II.) 11. φημὶ δὴ δεῖν ὑμᾶς ἅμα τοῖς μὲν Ὀλυνθίοις βοηθεῖν, καὶ ὅπως τις λέγει κάλλιστα καὶ τάχιστα, οὕτως ἀρέσκει μοι, ubi Reiskius sine necessitate addendum censebat μάλιστα. Omnino nimium fastidiosus erat vir ipse emphaticus in emphatico verborum usu iisque pronus addere adverbia. Sic quum οἶδα saepe emphatice ponatur apud Demosthenem, saepe omissum putabat R. εὖ, donec tandem ad Timocr. p. 717. l. 8. ad οἶδ' ὅτι φήσαιτ' ἄν, οἶδα, inquit, pro εὖ οἶδα, ut saepe noster. Sed haec facile condonanda viro optimo.

31. τὸν τόπον, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τῆς χώρας] Τόπος haud raro situs; die Lage, quam seriores τοποθεσίαν vocant. κατὰ Ἀριστοκρ. §. 182. p. 681. Χαλκὶς τῷ τόπῳ τῆς Εὐβοίας πρὸς τῆς Βοιωτίας κεῖται.

ἐκεῖσε ἀφικέσθαι. δεῖ τοίνυν ταῦτ' ἐνθυμουμένους 32
μὴ βοηθείαις πολεμεῖν, (ὑστεριοῦμεν γὰρ ἁπάντων) ἀλλὰ παρασκευῇ συνεχεῖ καὶ δυνάμει. ὑπάρχει δ' ὑμῖν χειμαδίῳ μὲν χρῆσθαι τῇ δυνάμει Λήμνῳ καὶ Θάσῳ καὶ Σκιάθῳ καὶ ταῖς ἐν τούτῳ τῷ τόπῳ νήσοις, ἐν αἷς καὶ λιμένες καὶ σῖτος καὶ ἃ χρὴ στρατεύματι πάνθ' ὑπάρχει· τὴν δ' ὥραν τοῦ ἔτους, ὅτε καὶ πρὸς τῇ γῇ γενέσθαι ῥᾴδιον καὶ τὸ τῶν πνευμάτων ἀσφαλές, πρὸς αὐτῇ τῇ χώρᾳ καὶ πρὸς τοῖς τῶν ἐμπορίων στόμασι ῥᾳδίως ἔσται.

enim dictum: quo tempore istuc proficisci non possemus, etiamsi velle nos diceremus. In ipsa hypothesi mihi irrisio inesse videtur. Si nil nisi docere voluisset, simpliciter scripsisset ἡνίκα ἡμεῖς μὴ δυνάμεθα.

Attendendum autem vocativum inter casum regentem et rectum interiectum esse, quod interdum offendit. Infra §. 44. εὑρήσει τὰ σαθρά, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τῶν ἐκείνου πραγμάτων αὐτὸς ὁ πόλεμος, ubi Reiskius ὦ ἄνδρ. Ἀθ. post πραγμάτων habet.

32. μὴ βοηθείαις πολεμεῖν] Et librarii et viri docti hic et alibi offenderunt in vocabulo βοηθείαις. Βοήθειαι sunt auxilia in locum missa, quem hostes aut iam occuparunt aut certe aggressi sunt, ita ut periculum sit ne auxilium sit serum. περὶ τῶν ἐν Χερρ. §. 47. p. 101. οὐ γάρ ἐστι βοηθείαις χρωμένους οὐδέποτ' οὐδὲν τῶν δεόντων πρᾶξαι.

ὑστεριοῦμεν γὰρ ἁπάντων] Hanc tarditatem saepe Demosthenes Atheniensibus obiicit, nec immerito. Cf. §. 35. fin., ubi vide de constructione verbi.

τῇ δυνάμει] Valckenar. ad Herodot. VIII. 112. deleri vult: quod non faciendum. Dativus enim significat in commodum vestrarum copiarum. — χειμαδίῳ. Etymolog. M. p. 810. l. 1. τόπῳ, ἐφ' ᾧ ἄν τις δύναιτο χειμῶνος καθορμίσασθαι. Etiam pluralem χειμάδια sic usurpatum fuisse tradunt Anecd. Gr. λέξεις ῥητορ. p. 316. l. 16. s. v. Qui sequitur τόπος est tractus.

ἃ χρὴ στρατεύματι] Supple ὑπάρχειν, quod ex sequente verbo finito ὑπάρχει eliciendum: saepe enim ex verbo primario infinitivus supplendus in enuntiationem interiectam. Cf. Seidler. ad Eur. El. 891., qui locum recte tuetur et explicat.

πρὸς αὐτῇ τῇ χώρᾳ καὶ πρὸς τοῖς τῶν ἐμπορίων στόμασι ῥᾳδίως ἔσται] Adscribam quae olim de h. l. notavi: „Si hanc lectionem aliquo modo explicare velimus, τὴν ὥραν τοῦ ἔτους erit accusativus temporis, per opportunum anni tempus; ἔσται i. q. ἐξέσται: supplendum ex antecedenti: facile licebit his copiis uti; πρὸς αὐτῇ τῇ χώρᾳ in ipsa regione, terra (addo nunc ad terram, in vicinia terrae). Ni fallor, eodem modo intellexit Erh. Alb. Bekker, doctus Demosthenis interpres, locum sic vertens: „In der bessern Jahrszeit, dann wenn es leicht ist sich dem Lande zu nähern, und sicher wegen des Windes, kann in der Nähe desselben und nahe bei den Mündungen der Häfen leicht

33 Ἃ μὲν οὖν χρήσεται καὶ πότε τῇ δυνάμει, παρὰ τὸν καιρὸν ὁ τούτων κύριος καταστὰς ὑφ' ὑμῶν βουλεύσεται· ἃ δ' ὑπάρξαι δεῖ παρ' ὑμῶν, ταῦτ' ἐστὶν ἃ ἐγὼ γέγραφα. ἂν ταῦτα, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, πορίσητε τὰ χρήματα, πρῶτον ἃ λέγω, εἶτα καὶ τἄλλα παρασκευάσαντες, τοὺς στρατιώτας, τὰς τριήρεις, τοὺς ἱππέας, ἐντελῆ πᾶσαν τὴν δύναμιν νόμῳ κατακλείσητε ἐπὶ τῷ πολέμῳ μένειν, τῶν μὲν χρημάτων αὐτοὶ ταμίαι καὶ ποϱισταὶ γιγνόμενοι, τῶν δὲ πράξεων παρὰ τοῦ στρατηγοῦ τὸν λόγον ζητοῦντες, παύσεσθ' ἀεὶ περὶ τῶν αὐτῶν βου-
34 λευόμενοι καὶ πλέον οὐδὲν ποιοῦντες, καὶ ἔτι πρὸς τούτῳ πρῶτον μέν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὸν μέγιστον τῶν ἐκείνου πόρων ἀφαιρήσεσθε. ἔστι δ' οὗτος τίς; ἀπὸ τῶν ὑμετέρων ὑμῖν πολεμεῖ συμμάχων, ἄγων καὶ φέρων τοὺς πλέοντας τὴν θάλατταν. ἔπειτα τί πρὸς τούτῳ; τοῦ πάσχειν αὐτοὶ κακῶς ἔξω γενήσεσθε, οὐχ ὥσπερ τὸν παρελθόντα χρόνον εἰς Λῆμνον καὶ Ἴμβρον ἐμβαλὼν αἰ-

vom Heere Gebrauch gemacht werden." – Nunc quidem parum videtur differre ea ratio, qua Schaeferus locum intelligit, et qua primum verterat H. Wolfius: „Eo autem anni tempore, quum et appellere ad terram facile et a ventis nil periculi, ad ipsam regionem et mercatuum aditus facile accedent." Nisi quod ἡ δύναμις erit subiectum et ῥαδίως εἶναι πρός tanquam phrasis significat facile accedere, pervenire ad locum. Alterum tamen ego praefero. Quum vero etiam ex nuper collatis codicibus nihil opis allatum sit, de veritate lectionis vix amplius dubitandum.

33. παρὰ τὸν καιρὸν] Ipso momento. Insignem quandam vim habere praepositionem παρά notarunt grammaticorum subtilissimi. Cf. Fr. A. Wolfium ad Leptin. p. 267.

ταμίαι καὶ ποϱισταὶ] Ποϱισταί sunt secundum Aristoph. Scholiast. Ran. 1553. οἱ περὶ πόρου χρημάτων εἰσηγούμενοι. Ταμίαι vero sunt qui pecunias recipiunt, administrant et dispertiuntur, ut in rerum natura ποϱισταὶ priores sint ταμιῶν. Orator autem praeponit ταμίαι ut nomen generale.

34. οὐχ ὥσπερ – ᾤχετ' ἔχων] Brachylogia, qua interdum viri docti offenduntur. Est enim post negationem supplendum ex notione sequente participium, h. l. absolutum οὐχ ἔξοντος αὐτοῦ. Plato Gorg. §. 163. καὶ πεινῆν καὶ διψῆν ἀναγκάζων, οὐχ ὥσπερ ἐγὼ πολλὰ καὶ ἡδέα καὶ παντοδαπὰ εὐώχουν ὑμᾶς, i. e. οὐκ εὐωχῶν ὑμᾶς, ὥσπερ ἐγὼ εὐώχουν, ubi Heindorfius complura habet exempla. Cf. eiusdem annotationem ad Protag. §. 77.

εἰς Λῆμνον καὶ Ἴμβρον] Diodorus Sicul. L. XVI. 21. tradit bello sociali hostes insulas Lemnum et Imbrum populatos esse, facileque fieri poterat, ut Philippus hostibus Atheniensium opem ferret sive clam sive aperte.

αἰχμαλώτους πολίτας ὑμετέρους ᾤχετ᾽ ἔχων, πρὸς τῷ Γε-
ραιστῷ τὰ πλοῖα συλλαβὼν ἀμύθητα χρήματ᾽ ἐξέλεξε, τὰ
τελευταῖα εἰς Μαραθῶνα ἀπέβη καὶ τὴν ἱερὰν ἀπὸ τῆς
χώρας ᾤχετ᾽ ἔχων τριήρη, ὑμεῖς δ᾽ οὔτε ταῦτα ἠδύνασθε
κωλύειν οὔτ᾽ εἰς τοὺς χρόνους, οὓς ἂν προθῆσθε,
βοηθεῖν. καίτοι τί δήποτε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, νομί- 35
ζετε τὴν μὲν τῶν Παναθηναίων ἑορτὴν καὶ τὴν τῶν
Διονυσίων ἀεὶ τοῦ καθήκοντος χρόνου γίγνεσθαι, ἄν τε
δεινοὶ λάχωσιν ἄν τε ἰδιῶται οἱ τούτων ἑκατέρων ἐπιμε-
λούμενοι, εἰς ἃ τοσαῦτ᾽ ἀναλίσκετε χρήματα, ὅσα οὐδ᾽ εἰς
ἕνα τῶν ἀποστόλων, καὶ τοσοῦτον ὄχλον καὶ τοσαύτην
παρασκευήν, ὅσην οὐκ οἶδ᾽ εἴ τι τῶν ἁπάντων ἔχει, τοὺς
δ᾽ ἀποστόλους πάντας ὑμῖν ὑστερίζειν τῶν καιρῶν,

πρὸς τῷ Γεραιστῷ] Promontorio in angulo meridionali insulae Euboeae.

τὴν ἱερὰν - - τριήρη] Scholiastes Aristoph. ad Aves v. 147. duarum meminit, *Σαλαμινίας* et *Παράλου*. *ὧν ἡ μὲν Σαλαμινία τοὺς ἐκκαλουμένους ἦγεν, ἡ δὲ Πάραλος τὰς θεωρίας, τουτέστι τὰ εἰς θυσίαν πεμπόμενα.* Photius autem ex Porsoni editione p. 386. *πάραλος δὲ τριήρης ἱερὰ καλεῖται, ἥτις διηνεκῶς ταῖς ἐπειγούσαις χρείαις ὑπηρετεῖ· ὁπότε δὲ ἐκ τῆς ἀλλοδαπῆς μεταπέμψασθαι στρατηγὸν ἠβούλοντο, ὥσπερ Ἀλκιβιάδην ἐκ Σικελίας, τῇ παράλῳ ἐχρῶντο· λέγεται δὲ ἡ αὐτὴ καὶ Σαλαμινία.*

35. *δεινοὶ - ἰδιῶται*] Opponuntur haec nomina apud Graecos significatione amplissima, ita ut per *δεινόν* peritum, per *ἰδιώτην* imperitum notent, res autem, cuius quis peritus vel imperitus sit, per contextum definiatur. Cf. Heindorf. ad Plat. Protag. §. 45. p. 525.

τῶν ἀποστόλων] Harpocration s. v. *ἀποστολεῖς*· — *ἀπόστολοι δ᾽ εἰσὶν αἱ τῶν νεῶν ἐκπομπαί. ὁ ῥήτωρ ἐν πρώτῳ Φιλιππικῶν.* Cf. Ducker. ad Thucyd. VIII. 8. Expeditiones, imprimis maritimae.

τοσοῦτον ὄχλον] Post *ὄχλον* Reiskius opinabatur deesse *ἔχετε*. Sed vere Schaeferus, „habemus, inquit, exemplum usitatissimae figurae (zeugmatis dictae, cuius exempla ex Lysia illustravi Excursu III. huius Biblioth. Vol. XVI.), de qua Dorvillius omnium copiosissime et doctissime disputavit ad Charit. p. 440. Lips. Aliud exemplum habemus *περὶ εἰρήν.* §. 10. p. 59. R. ubi quum accusativi *καὶ τοιαύτας ἐλπίδας καὶ φενακισμούς* per zeugma adiuncti sunt participio *ὑπισχνουμένων*, Reiskius et Augerus addendum censuerunt *προτεινόντων* vel *ὑποδεικνύντων*.

τοὺς δ᾽ ἀποστόλους πάντας ὑμῖν ὑστερίζειν τῶν καιρῶν] *περὶ στεφ.* §. 102. *ἔτι δ᾽ ὑστερίζουσαν ἐκ τούτων τὴν πόλιν τῶν καιρῶν.* Phrynichus p. 237. monet *ὑστερίζειν* apud probos scriptores cum genitivo, non cum dativo construi: *ὑστερίζειν τῷ καιρῷ οὐ λέγεται, ἀλλ᾽ ὑστερίζειν τοῦ καιροῦ.* Lobeckius autem probat tempus definitum modo in dativo poni, Herodot. VI. 89. *ὑστέρισαν μιῇ ἡμέρῃ*, mo-

τὸν εἰς Μεθώνην, τὸν εἰς Παγασάς, τὸν εἰς Ποτίδαιαν;
36 ὅτι ἐκεῖνα μὲν ἅπαντα νόμῳ τέτακται, καὶ πρόοιδεν ἕκαστος ὑμῶν ἐκ πολλοῦ τίς χορηγὸς ἢ γυμνασίαρχος τῆς φυλῆς, πότε καὶ παρὰ τοῦ καὶ τί λαβόντα τί δεῖ ποιεῖν, οὐδὲν ἀνεξέταστον οὐδ' ἀόριστον ἐν τούτοις ἠμέληται, ἐν δὲ τοῖς περὶ τοῦ πολέμου καὶ τῇ τούτου παρασκευῇ ἄτακτα, ἀδιόρθωτα, ἀόριστα ἅπαντα. τοιγαροῦν ἅμα ἀκηκόαμέν τι καὶ τριηράρχους καθίσταμεν καὶ τούτοις ἀντιδόσεις ποιούμεθα καὶ περὶ χρημάτων πόρου σκοποῦμεν, καὶ μετὰ ταῦτα ἐμβαίνειν τοὺς μετοίκους ἔδοξε καὶ τοὺς χωρὶς οἰκοῦντας,
37 εἶτ' αὐτοὺς πάλιν ἀντεμβιβάζειν, εἶτ' ἐν ὅσῳ ταῦτα

36. *εἶτ' αὐτοὺς*] Non negligenda lectio, quae habetur in ind. Herwag. *εἶθ' αὐτούς*, ut *ἀντεμβιβάζειν* transitivam retineat significationem, quam habet ubique. Si retinetur *αὐτούς*, sc. *πολίτας*, *ἀντεμβαίνειν* dicendum erat aut *ἀντεμβιβάζειν* sic intelligendum.

37. *εἶτ' ἐν ὅσῳ ταῦτα μέλλεται*] Sic Bekkerus in Berol. 1816. et Dindorfius ex optimo codice: ceteri *μέλλετε*. Recte *μέλλεται*. Alioqui orator prima persona in toto hoc loco utens scripsisset

---

do in accusativo, Xenophon. Anab. I. 7, 12. *ὑστέρησε τῆς μάχης πέντε ἡμέρας*, rem autem, qua quis deficiatur, interdum in dativo iungi, sed plerumque transiri ad commune verborum carendi privandique regimen per genitivum, ergo *ὑστερίζειν τοῦ καιροῦ* melius dici quam *ὑστερίζειν τῷ καιρῷ*, si significetur occasionem rei gerendae praetermittere.

τὸν εἰς Παγασάς] Harpocration s. v. *Παγασαί* p. 138. Lips. *ἐπίνειόν ἐστι Φεραίων αἱ Παγασαί, ὡς Θεόπομπος ἐν τῇ πέμπτῃ τῶν Φιλιππικῶν δηλοῖ.* Haec expeditio locum habebat Ol. CVI. 4., quum impetus Philippi in Thermopylas irritus cecidisset.

36. *τίς χορηγὸς ἢ γυμνασίαρχος τῆς φυλῆς*] Vide Fr. Aug. Wolfium in Prolegg. ad Leptin. de illo p. 89. sq., de hoc p. 92. s.

οὐδὲν ἀνεξέταστον — ἠμέληται] Attende asyndeton, quod displicuit viris doctis. Lenissima quidem medela adhiberi posset disiungendo vocabulo *οὐδέν* in *οὐδ' ἕν*. Fortior tamen videtur vulgata, quum asyndetos oratio tono ipso acuatur.

τριηράρχους] Molestissimum et sumptuosissimum publicorum munerum, quod primus enucleavit Fr. Aug. Wolfius Prolegg. ad Leptin. p. 100. sq.

ἀντιδόσεις ποιούμεθα] Cf. ad Lysiam adv. Sim. §. 20.

τοὺς μετοίκους] *Μέτοικοι* sunt illi vel ipsi vel illorum progenies, qui, relicto patrio solo, in Atticam migraverant, non ad tempus illi quidem, sed ita, ut fide publica domicilium ibi ac sedem fortunarum constituerent; fuitque haec turba utilissima civitati. Fr. A. Wolfius Prolegg. ad Leptin. p. 67. s.

καὶ τοὺς χωρὶς οἰκοῦντας] Anecdd. Bekkeri p. 316. l. 11. *χωρὶς οἰκοῦντες: οἱ ἀπελεύθεροι, ἐπεὶ χωρὶς οἰκοῦσι τῶν ἀπελευθερωσάντων.* Haec ipsa

μέλλεται, προαπόλωλεν ἐφ᾽ ἃ ἂν ἐκπλέωμεν· τὸν γὰρ τοῦ πράττειν χρόνον εἰς τὸ παρασκευάζεσθαι ἀναλίσκομεν, οἱ δὲ τῶν πραγμάτων καιροὶ οὐ μένουσι τὴν ἡμετέραν βραδυτῆτα καὶ εἰρωνείαν. ἃς δὲ τὸν μεταξὺ χρόνον δυνάμεις οἰόμεθ᾽ ἡμῖν ὑπάρχειν, οὐδὲν οἷαί τε οὖσαι ποιεῖν ἐπ᾽ αὐτῶν τῶν καιρῶν ἐξελέγχονται. ὁ δ᾽ εἰς τοῦθ᾽ ὕβρεως ἐλήλυθεν, ὥστ᾽ ἐπιστέλλειν Εὐβοεῦσιν ἤδη τοιαύτας ἐπιστολάς.

ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ.

Τούτων, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τῶν ἀνεγνωσμένων 38
ἀληθῆ μέν ἐστι τὰ πολλὰ ὡς οὐκ ἔδει, οὐ μὴν
ἀλλ᾽ ἴσως οὐχ ἡδέα ἀκούειν. ἀλλ᾽ εἰ μέν, ὅσα ἄν τις
ὑπερβῇ τῷ λόγῳ, ἵνα μὴ λυπήσῃ, καὶ τὰ πράγματα
ὑπερβήσεται, δεῖ πρὸς ἡδονὴν δημηγορεῖν· εἰ δ᾽ ἡ
τῶν λόγων χάρις, ἂν ᾖ μὴ προσήκουσα, ἔργῳ ζημία
γίγνεται, αἰσχρόν ἐστιν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, φενακί-
ζειν ἑαυτοὺς καὶ ἅπαντ᾽ ἀναβαλλομένους, ὅσα ἂν ᾖ
δυσχερῆ, πάντων ὑστερίζειν τῶν ἔργων, καὶ μηδὲ τοῦτο 39
δύνασθαι μαθεῖν, ὅτι δεῖ τοὺς ὀρθῶς πολέμῳ χρω-
μένους οὐκ ἀκολουθεῖν τοῖς πράγμασιν, ἀλλ᾽ αὐτοὺς
ἔμπροσθεν εἶναι τῶν πραγμάτων, καὶ τὸν αὐτὸν τρό-

μέλλομεν. Xenoph. Anabas. III. 1, 47. *ὡς μὴ μέλλοιτο, ἀλλὰ περαίνοιτο τὰ δέοντα.* *Schaefer.* Thucyd. V. 111. *ἀλλ᾽ ὑμῶν τὰ μὲν ἰσχυρότατα ἐλπιζόμενα μέλλεται.*

τὴν ἡμετέραν βραδυτῆτα καὶ εἰρωνείαν] Pro *εἰρωνείαν* codd. multi habent *ῥᾳθυμίαν*, quod videtur translatum ex §. 8., ubi ea explicatio unice vera videtur, non item quod ut idem significans additur: *ἢ δοῦλοι χωρὶς οἰκοῦντες τῶν δεσποτῶν.* Quae in Demosthenicis fertur, *κατὰ Εὐεργ. καὶ Μνησιβ.* §. 72. p. 1161. R. *ἀφεῖτο γὰρ ὑπὸ τοῦ πατρὸς τοῦ ἐμοῦ ἐλευθέρα καὶ χωρὶς ᾤκει καὶ ἄνδρα ἔσχεν.*

38. *καὶ τὰ πράγματα ὑπερβήσεται*] Quod antecedenti verbo convenienter *τῷ πράγματι* vel potius *τῷ ἔργῳ* dicendum erat, id cum vi factum est subiectum *καὶ τὰ πράγματα*, auch die Thatsachen, auch die Wirklichkeit.

39. *ἔμπροσθεν εἶναι τῶν πραγμάτων*] Dorville ad Chariton. p. 404. Lips. mavult *ἰέναι*. Idem placuit Marklando ad Eurip. Suppl. v. 747. Non opus. Recte inter se opponuntur *ἔμπροσθεν εἶναι* et *ἀκολουθεῖν*. Xenoph. Anabas. V. 6, 9. *πολεμίων πολλῶν μὲν ἔμπροσθεν ὄντων, πολλῶν δ᾽ ὄπισθεν ἑπομένων.* Num hic etiam corrigemus *ἰόντων*? *Schaeferus.* Sententia: ipsos decet esse duces rerum, non pedisequos, i. e. debent providere, praecavere eventibus, antevertere quasi, ne noceant.

τὸν αὐτὸν τρόπον ὥσπερ] H. Wolfius pro *ὥσπερ* mavult

πὸν ὥςπερ τῶν στρατευμάτων ἀξιώσειεν ἄν τις τὸν στρατηγὸν ἡγεῖσθαι, οὕτω καὶ τῶν πραγμάτων τοὺς εὖ βουλευομένους, ἵν᾽ ἃ ἂν ἐκείνοις δοκῇ, ταῦτα πράττηται καὶ μὴ τὰ συμβάντα ἀναγκάζωνται διώκειν.
40 ὑμεῖς δέ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, πλείστην δύναμιν ἁπάντων ἔχοντες, τριήρεις, ὁπλίτας, ἱππέας, χρημάτων πρόςοδον, τούτων μὲν μέχρι τῆς τήμερον ἡμέρας οὐδενὶ πώποτε ἐν δέοντι κέχρησθε, οὐδενὸς δ᾽ ἀπολείπεσθε. ὥςπερ δὲ οἱ βάρβαροι πυκτεύουσιν, οὕτω πολεμεῖτε Φιλίππῳ. καὶ γὰρ ἐκείνων ὁ πληγεὶς ἀεὶ τῆς πληγῆς ἔχεται, κἂν ἑτέρωσε πατάξῃ τις, ἐκεῖσέ εἰσιν αἱ χεῖρες· προβάλλεσθαι δ᾽ ἢ βλέπειν ἐναντίον οὔτ᾽ οἶδεν
41 οὔτ᾽ ἐθέλει. καὶ ὑμεῖς, ἐὰν ἐν Χεῤῥονήσῳ πύθησθε

dem iuncta habemus, τὴν ὑμετέραν βραδυτῆτα καὶ ῥαθυμίαν. Εἰρωνεία autem hic dicta ea significatione, quam praeeunte Reiskio explicuimus §. 7. πᾶσαν ἀφεὶς τὴν εἰρωνείαν.

ὅνπερ. Non opus. Nam post ὁ αὐτός haud raro ponitur adverbium ὥςπερ, quanquam interdum a viris doctis tentatum aut mutatum. Cf. Heindorf. ad Platonis Phaedon. §. 79. p. 129. et Stallbaum. huius Bibliothecae Vol. XI. P. II. p. 117.

40. οὐδενὸς δ᾽ ἀπολείπεσθε] Quum H. Wolfius de sententia fluctuaret, qui insecuti sunt, alius aliam viam ingressus est. Vere monet Schaeferus vulgatam optime habere et οὐδενός esse generis neutrius et significare nihil non assectamini s. affectatis, etsi non assequentes, sed frustra laborantes. §. 41. res per partes exponitur. [Sic nos olim interpretati sumus: von dem allen habt ihr bis auf den heutigen Tag nichts benutzt, ohne doch irgendwo zurückzubleiben. F. I.] – οἱ βάρβαροι. pugilatus imperiti. – ἀεὶ τῆς πληγῆς ἔχεται. tropus videtur desumptus ab eo, qui alium cursu persequens instat et urget: plagam semper persequitur, puerorum instar, qui quum dolent offendentes in mensa aut pariete, partem plagis percutiant, qua offenderant. [Immo tropus petitus est a pugilibus sinistro modo pugilatu certantibus neque id agentibus, ut adversariorum plagas a se avertant (προβάλλεσθαι, sich decken), sed accepta demum plaga manus admoventibus ei corporis parti, cui inflicta est plaga (ἀεὶ τῆς πληγῆς ἔχεται, er greift jedesmal nach der Stelle, auf welche der Schlag gefallen ist). V. C. F. H.] – ἐκεῖσε. „Cave, inquit Schaef., pro ἐκεῖ positum esse opineris. Vernacule so sind die Hände dorthin. – προβάλλεσθαι.‘ Harpocration s. v. προβαλλομένους recte vocabulum explicat προτείνειν τὰς χεῖρας ὡς εἰς μάχην. Rem γραφικῶς illustrat Xenophon Cyrop. II. 3, 10. ubi Pheraulas, Ἐγώ, inquit, ἐκ παιδίου εὐθὺς προβάλλεσθαι ἠπιστάμην πρὸ τούτων, ὅ τι ᾤμην πληγήσεσθαι· εἰ δὲ μὴ ἄλλο μηδὲν ἔχοιμι, τὼ χεῖρε προέχων ἐνεπόδιζον ὅ τι ἠδυνάμην τὸν παίοντα, καὶ τοῦτο ἐποίουν οὐ διδασκόμενος, ἀλλὰ

Φίλιππον, ἐκεῖσε βοηθεῖν ψηφίζεσθε, ἐὰν ἐν Πύλαις, ἐκεῖσε, ἐὰν ἄλλοθί που, συμπαραθεῖτε ἄνω κάτω, καὶ στρατηγεῖσθε μὲν ὑπ᾽ ἐκείνου, βεβούλευσθε δ᾽ οὐδὲν αὐτοὶ συμφέρον περὶ τοῦ πολέμου, οὐδὲ πρὸ τῶν πραγμάτων προορᾶτε οὐδέν, πρὶν ἂν ἢ γεγενημένον ἢ γιγνόμενόν τι πύθησθε. ταῦτα δ᾽ ἴσως πρότερον μὲν ἐνῆν· νῦν δὲ ἐπ᾽ αὐτὴν ἥκει τὴν ἀκμήν, ὥστ᾽ οὐκέτ᾽ ἐγχωρεῖ. δοκεῖ δέ μοι θεῶν τις, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, 42
τοῖς γιγνομένοις ὑπὲρ τῆς πόλεως αἰσχυνόμενος τὴν φιλοπραγμοσύνην ταύτην ἐμβαλεῖν Φιλίππῳ. εἰ γὰρ

41. ἄνω κάτω] Sic Bekkerus ex optimis codd., quod imprimis in clausula bonum est ἀσυνδέτως vulgique sermonem exprimit. Haec formula modo ἀσυνδέτως ponitur, modo cum copula καί (quod frequentius est apud Platonem quam ἀσύνδετον. Cf. Heindorf. ad Gorg. §. 104. p. 157.), modo per καί – καί vel τε καί. Phil. III. §. 36. p. 120. R. Olynth. I. (v. II.) 16. Bekkerus ex optimis scripsit ταῖς στρατείαις ταύταις ταῖς ἄνω κάτω, ubi vulgo ταῖς ἄνω τε καὶ κάτω. Formula est de re praecipiti, ubi quae eveniunt parum considerantur, eorum, qui alio tempore aliud agunt nec certum aliquod consilium sequuntur. Varias formulae significationes perlustravit Astius ad Platonis Phaedrum p. 378. ἄνω καὶ κάτω μεταστρέφοντα.

πρὸ τῶν πραγμάτων] Haec vera lectio optimorum codicum, quum nonnulli habeant περὶ τῶν χρημάτων. Vere monet Obsopoeus Demosthenem reprehendere Atheniensium incuriam, quod nullam rerum agendarum curam suscipiant, nisi ubi aliquid factum esse audierint.

πρὶν ἂν – – πύθησθε] Boni nonnulli codices praebent ordine inverso ἢ γιγνόμενον ἢ γεγενημένον τι πύθησθε: quem ut aliquanto graviorem praeferat Schaeferus. Absurdum est, inquit, negligere rem, quae tua intersit, antequam fiat; absurdissimum, antequam facta sit.

καὶ ἐπ᾽ αὐτῷ τούτῳ παιόμενος, εἰ προβαλοίμην.

41. στρατηγεῖσθε μὲν ὑπ᾽ ἐκείνου] Tropice de iis, qui cuncta secundum consilia et voluntatem alicuius agunt, ut milites obtemperare oportet iussis imperatorum. Germanice etiam dicere possis: „Ihr steht wie unter dem Commando von jenem."

ἐπ᾽ αὐτὴν ἥκει τὴν ἀκμήν] Ἀκμή tropice maturitas rei agendae, quum nullus est morae locus. Bekkeri Anecdd. p. 365. l. 10. explicant αὐτὴ ἡ ῥοπὴ τῆς τοῦ πράγματος ἐπιτάσεως. Alb. Gerh. Bekker: „Jetzt aber verstattet dieſs nicht eine Zeit, wo alles auf der Spitze steht." Iacobs: „jetzt, wo ihr auf der Spitze steht, ist es schlechterdings unzulässig." Locutionem, quae in proverbium abiit, illustrat Valckenar. ad Herodot. L. VI. 11.

42. τὴν φιλοπραγμοσύνην] Mala significatione studium et libido cunctis se immiscendi, sycophantarum more, qui cuivis bono et tranquillo civi molestiam facessunt. Τῷ φιλοπραγμονεῖν hac significatione opponitur τὰ ἑαυ-

ἔχων δ' κατέστραπται καὶ προείληφεν ἡσυχίαν ἔχειν ἤθελε καὶ μηδὲν ἔπραττεν ἔτι, ἀποχρῆν ἐνίοις ὑμῶν ἄν μοι δοκεῖ, ἐξ ὧν αἰσχύνην καὶ ἀνανδρίαν καὶ πάντα τὰ αἴσχιστα ὠφληκότες ἂν ἦμεν δημοσίᾳ· νῦν δ' ἐπιχειρῶν ἀεί τινι καὶ τοῦ πλείονος ὀρεγόμενος ἴσως ἂν ἐκκαλέσαιθ' ὑμᾶς, εἴπερ μὴ παντάπασιν ἀπεγνώκατε.
43 θαυμάζω δ' ἔγωγε, εἰ μηδεὶς ὑμῶν μήτ' ἐνθυμεῖται μήτε ὀργίζεται, ὁρῶν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὴν μὲν ἀρχὴν τοῦ πολέμου γεγενημένην περὶ τοῦ τιμωρήσασθαι Φίλιππον, τὴν δὲ τελευτὴν οὖσαν ἤδη ὑπὲρ τοῦ μὴ

42. *ἐπιχειρῶν ἀεί τινι*] Fluctuant codices inter *τινί* et *τι*. Schaeferus, accusativum, inquit, fert linguae ratio; sed longe frequentior est altera constructio eademque oratori usitata. Vide Georg. Lacapenium in Matthaei Lectt. Mosc. T. I. 1. p. 62. De significatione pronominis emphatica nemo hic cum Rüdigero cogitabit.

εἴπερ μὴ παντάπασιν ἀπεγνώκατε] Vulgo ante *ἀπεγνώκατε* addebatur *ἑαυτῶν*, idque etiam Bekkerus in Berolin. 1816. retinebat. Rüdigerus pronomen includebat, Bekkerus in posterioribus omisit cum optimo codice. Iamdiu a grammatico pronomen reflexivum erat additum: nam in Anecdd. in libro *περὶ συντάξεως* p. 219. *ἀπέγνων: γενικῇ· κατὰ Φιλίππου πρώτῳ· εἴπερ μὴ παντάπασιν αὐτῶν ἀπεγνώκατε.* Id quidem hodie neminem offenderit, quod reflexivum tertiae personae pro secunda positum sit. Sed Mss. multiplex lectio facile eo ducit, ut grammaticorum alios aliud in scholis addendum tradidisse censeamus. Est enim codex, qui habet *ὑμῶν αὐτῶν*, alii *ἑαυτῶν*, alii *αὑτῶν*, nonnulli etiam *αὐτῶν*. Hinc quidni obtemperandum optimo et antiquissimo, qui pronomen plane ignorat?

τοῦ ποιεῖν, τὰ ἴδια πράττειν. κατὰ *Μειδ.* §. 137. p. 559. R. *τὴν βίαν καὶ τὴν φιλοπραγμοσύνην ὁρῶντας.* Sic in sequentibus *μηδὲν πράττειν* est nihil iniusti, quod aliis fraudi sit et detrimento, facere. Opponitur *πολλὰ πράττειν* eadem significatione, qua *φιλοπραγμονεῖν*.

αἰσχύνην καὶ ἀνανδρίαν καὶ πάντα τὰ αἴσχ.] Huiusmodi paronomasiae, qualem fortasse quis hic aucupatur in *αἰσχύνην* et *αἴσχιστα*, raro excidunt Demostheni. *Αἰσχύνην ὀφλεῖν* et similes locutiones sunt periphrases verborum, ita ut phrasi notio inhaereat merito aliquem pati quod patiatur: *αἰσχύνην ὀφλεῖν*, iusta premi infamia.

ἴσως ἂν ἐκκαλέσαιθ' ὑμᾶς] Ἐκκαλεῖσθαι hic rariore significatione ponitur: irritare, ad indignationem et vindictam compellere.

43. *θαυμάζω δ' ἔγωγε, εἰ*] Εἰ post verba affectum denotantia positum dicunt pro *ὅτι*. Sed vere monet Rost. §. 121. I. not. 5. p. 466. *εἰ* poni, quum causa affectus nondum ut certa pronuntietur, *ὅτι* autem, quum de ea dubitatio non possit esse. — Ceterum notandum appellationem *ὦ ἄνδρες Ἀθην.* a pronomine *ὑμῶν* remotam eique momento interpositam, quod maximam moveat attentionem.

ὑπὲρ τοῦ etc.] Ὑπέρ sequente infinitivo negativo consilium notat et studium, ne quid fiat; se-

παθεῖν κακῶς ὑπὸ Φιλίππου. ἀλλὰ μὴν ὅτι γε οὐ στή-
σεται, δῆλον, εἰ μή τις κωλύσει. εἶτα τοῦτ' ἀναμενοῦ-
μεν, καὶ τριήρεις κενὰς καὶ τὰς παρὰ τοῦ δεῖνος ἐλπί-
δας ἐὰν ἀποστείλητε, πάντ' ἔχειν οἴεσθε καλῶς; οὐκ 44
ἐμβησόμεθα; οὐκ ἔξιμεν αὐτοὶ μέρει γέ τινι στρατιω-
τῶν οἰκείων νῦν, εἰ καὶ μὴ πρότερον; οὐκ ἐπὶ τὴν
ἐκείνου πλευσόμεθα; ποῖ οὖν προσορμιούμεθα; ἤρετό
τις. εὑρήσει τὰ σαθρά, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τῶν ἐκεί-
νου πραγμάτων αὐτὸς ὁ πόλεμος, ἂν ἐπιχειρῶμεν· ἂν
μέντοι καθώμεθα οἴκοι λοιδορουμένων ἀκούοντες καὶ
αἰτιωμένων ἀλλήλους τῶν λεγόντων, οὐδέποτ' οὐδὲν
ἡμῖν οὐ μὴ γένηται τῶν δεόντων. ὅποι μὲν γὰρ ἄν, 45
οἶμαι, μέρος τι τῆς πόλεως συναποσταλῇ, κἂν μὴ πᾶσα
παρῇ, καὶ τὸ τῶν θεῶν εὐμενὲς καὶ τὸ τῆς τύχης ἡμῖν
συναγωνίζεται· ὅποι δ' ἂν στρατηγὸν καὶ ψήφισμα κε-
νὸν καὶ τὰς ἀπὸ τοῦ βήματος ἐλπίδας ἐκπέμψητε, οὐ-
δὲν ὑμῖν τῶν δεόντων γίγνεται, ἀλλ' οἱ μὲν ἐχθροὶ

quente affirmativo studium aliquid assequendi.

στήσεται] Tropice de cessatione consiliorum et conaminum. κατὰ Μειδ. §. 102. p. 547. οὐ μὴν ἐνταῦθ' ἕστηκε τὸ πρᾶγμα.

τὰς παρὰ τοῦ δεῖνος ἐλπίδας] §. 45. habemus rem certo pronuntiatam, τὰς ἀπὸ τοῦ βήματος ἐλπίδας. Per τὸν δεῖνα igitur homo magniloquus intelligendus, qui Atheniensibus de suggestu illudit, quam bene cuncta succedant et quam prosperitatem sint assecuturi.

44. ποῖ οὖν προσορμιούμεθα; ἤρετό τις] Pearcius ad Longin. S. XVIII. init., ubi hic locus laudatur, offenditur indicativo et opinatur legendum esse ἔροιτό τις, vel haec verba prorsus esse delenda. Illud Graecum non est, sed dicendum foret ἔροιτ' ἄν τις; hoc non probabile, quum ἤρετό τις speciem additamenti non habeat. Weiskio sic statuendum videtur, aliquem aut plures in concione satis alta voce, ut ab oratore exaudiri possent, quaesivisse: ποῖ οὖν προσορμιούμεθα; Sed nusquam tale quid per hanc formulam illatum invenimus. Mihi res simplex videtur: Solent homines interrogare. Res in sermonibus et orationibus multum disceptabatur; itaque quaestio saepe ut difficilis proponebatur, ad quam respondere vix quis posset.

τὰ σαθρά] Grammatici nonnulli antiqui tradunt σαθρόν et σαπρόν idem esse, sed illud Atticum, hoc κοινόν, dialecti communis. Kusterus autem ad Aristoph. Plut. 814., σαθρόν, inquit, dicitur de vestimentis, vasis et similibus, quae vetustate vel usu ita attrita sunt et confecta, ut facile rumpi possint; σαπρόν autem de rebus putredine corruptis et ideo malum odorem vel saporem habentibus. Toupius autem ad Longinum l. l. vocabulum σαθρόν enucleans, quicquid, ait, vitiosum et male sanum sit, σαθρόν Graeci vocant. [Cf. Wyttenb. Bibl.

καταγελῶσιν, οἱ δὲ σύμμαχοι τεθνᾶσι τῷ δέει τοὺς
46 τοιούτους ἀποστόλους. οὐ γάρ ἐστιν, οὐκ ἔστιν ἕνα ἄνδρα δυνηθῆναί ποτε ταῦθ' ὑμῖν πρᾶξαι πάνθ', ὅσα βούλεσθε· ὑποσχέσθαι μέντοι καὶ φῆσαι καὶ τὸν δεῖνα αἰτιάσασθαι καὶ τὸν δεῖνα ἔστιν. τὰ δὲ πράγματα ἐκ τούτων ἀπόλωλεν· ὅταν γὰρ ἡγῆται μὲν ὁ στρατηγὸς ἀθλίων ἀπομίσθων ξένων, οἱ δ' ὑπὲρ ὧν ἂν ἐκεῖνος ἐκεῖ πράξῃ πρὸς ὑμᾶς ψευδόμενοι ῥᾳδίως ἐνθάδ' ὦσιν;

46. ἡγῆται] Sic multi boni codices pro vulgato ἡττῆται, quod recte ea de causa praeferendum censet etiam Schaeferus, quia οἱ ξένοι epitheta habeant ἄθλιοι, ἀπόμισθοι, non ἀκόλαστοι, ὑβρίζοντες. Et Atheniensium quidem summa culpa in eo est, quod hominibus, quibus in bello utuntur, stipendia non solvunt. Στρατηγοὺς faciunt ἡγεμόνας τῶν ξένων: quae iam culpa est, quum non ξένους solos, sed cives ipsos oporteat proficisci in bellum: nec solum ἡγεμόνας τῶν ξένων, sed etiam ξένων ἀθλίων ἀπομίσθων, in quo necessario iam inest notio culpam non esse στρατηγῶν, si concedere eos oporteat, ut milites undecunque conquirant res ad vivendum necessarias. Dolendum, quod Harpocration non totam laudat enuntiationem, sed tantum vocabulum ἀπόμισθος explicat: ἀπόμισθοι ἐν τοῖς Φιλιππικοῖς καὶ ἐν τῷ κατ' Ἀριστοκράτους οἱ μισθὸν μὴ λαμβάνοντες, distinguens ab ea significatione, qua sint ἀπόμισθοι ἄμισθοι, οἱ μισθοῦ ἔργον τι διαπραξάμενοι καὶ ἄμισθοι.

crit. I. 3. p. 43. et ad Plutarch. VI. 2. p. 866. s.]

